P. 1338. v. 16. καὶ μὴ ἐγγεγραμμένον] Vulg. καὶ ἐγγεγραμμένον. Interserunt μὴ August. primus et editio Wolfii. Particulam negantem addidi. REISK.

P. 1338. v. 17. γραφὰς] ἐγγραφὰς August. primus. REISK.

P. 1338. v. 17. τοῦ ἀγραφίου] Ex hoc loco videtur ista actio competere adversus eos debitores, quorum nomina, aere non soluto, e cera publica delerentur: alia autem posse eos invadi, quorum nomina nunquam erant inscripta, scilicet ἐνδείξει. Vide autem de hac re disputantem atque hunc Demosthenis locum illustrantem cel. Tiber. Hemsterhusium ad Polluc. L. VIII. C. VI. §. 54. Conf. Suidam in v. TAYLOR. V. Harpocration p. 5, edit. Lips. et Anecd. Bekk. p. 199, 28. 331, 21. SCHAEFER.

P. 1338. v. 20. τὸ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1338. v. 20. ἐξαλειφθῶσι] ἐξαλειφθῶσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 1338. v. 20. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 1338. v. 24. κατ' αὐτοῦ] Sic etiam in Bavarico est, sed in margine γρ. κατὰ τούτων. REISK. Videtur referendum ad v. 27. V. not. sequ. SCHAEFER.

---

*) Haec negativa hic locum non habet. SCHAEFER.

P. 1338. v. 27. κατ' αὐτοῦ] Bekkerus: „κατὰ τούτων S." Non displicet. SCHAEFER.

P. 1338. v. 27. ἀλλὰ σὺ τί —] Lambinus legit: ἀλλὰ τί σὺ —. TAYLOR.

P. 1338. v. 28. οἷς] [οὓς.] Idem Lambinus καθ' οὓς. TAYLOR. Vulg. οὓς. καθ' οὓς vult Lambinus. In margine Bavarici est: οἷς δεῖ με τιμωρήσασθαι. Correxi οἷς. Quod est planius, tametsi me haud fugit posse vulgatam ferri, si οὓς accipiamus pro καθ' οὓς. REISK. Accusativus cur posthabeatur non intelligo. SCHAEFER.

P. 1338. v. 28. καθ' ὃν — τοῦτον] S. τρόπον. WOLF.

P. 1338. v. 28. ὃν] Vulg. ὧν. ὃν August. primus, Bavaricus, Paulina. Et sic correxi. Scilicet τρόπον. REISK.

P. 1339. v. 1. εἰσελήλυθας] Vulg. εἰσελήλυθα. εἰσελήλυθας margo Lutetianae, Paulina, Wolfiana, August. primus. Correxi εἰσελήλυθας secundam personam primae sufficiens. Quamquam, si recte rem supputas, non videtur inter primam et secundam personam differentia hic loci esse posse, cum εἰσέρχεσθαι tam de accusatore quam de reo usurpetur. REISK. εἰσελήλυθα Bekker. SCHAEFER.

P. 1339. v. 1. τοῦτον ἀπολογῇ] Vulg. τοῦτον ἀπολογήσασθαι. κατὰ τοῦτον ἀπολογῇ margo Lutetianae. τοῦτο ἀπολογῇ Paulina. Correxi τ. ἀπολογῇ. Nata videtur vulgata e varietate, quae nescio an in vetustis libris fuerit ad hunc modum: ἀλλ' οὐ τολμᾷς καθ' ὃν εἰσελήλυθα [aut εἰσελήλυθας] τρόπον ἀπολογήσασθαι. REISK.

P. 1339. v. 1. Μοιροκλῆς] Vide plura de hoc homine apud Valesium ad Harpocrat. p. 200. Meursium Attic. Lect. I. 13. Suidam in Ἀντίπατρος et Kusterum ad loc. Adiunge ingeniosissimum iuvenem, Bartonum ad Plutarchum in V. Demosthen. p. 28. TAYLOR.

P. 1339. v. 2. ὁ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1339. v. 2. ὁ γράψας τὸ ψήφισμα] ὁ τὸ ψήφισμα γράψας Dindorf. ex optimo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 1339. v. 4. κακούργων] Bekkerus: „κακουργούντων S." Placet. SCHAEFER.

P. 1339. v. 4. αἰσχυνεῖται] Vulg. αἰσχύνεται. αἰσχυνεῖται August. primus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 1339. v. 6. τὸν — ἐξεληλεγμένον] Vulg. τῶν — ἐξεληλεγμένων. τὸν — ἐξεληλεγμένον margo Lutetianae, August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1339. v. 7. ἀδίκους] Vulg. ἀδίκως. ἀδίκους August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 1339. v. 11. ἀποτίνωσιν] προτείνωσιν August. primus. REISK.

P. 1339. v. 11. διαφέρον] Legerem lubens διαφέροι. Sed et illud commode ferri potest. TAYLOR. διαφέρον recte tuetur Reiskius not. sequ. V. p. 1337, 27. 1338, 10. SCHAEFER.

P. 1339. v. 12. μακρὸν διαφυγόντες —] [Μάκρον.] Apparet piratae celebris esse nomen, ut et Sostratus fuit. Nisi forte legendum sit μακρὸν πλοῖον, quod sequitur, τουτέστι πολεμικόν. WOLF. πλοῖον quidem margo Benenati. Sed legendum est: ἂν μακρὸν διαφυγόντες πλοῦν Θεοκρίνῃ περιπέσωσιν. Ita enim emendatissimae membranae Augustanae. *post confecta longissima maris itinera.* Ita videntur Athenienses navigationem ad Pontum nominare. TAYLOR. Vulg. μακρὸν διαφυγόντες Θεοκρίνῃ. μακρὸν πλοῖον διαφυγόντες Θεοκρίνῃ margo Lutetianae. μακρὸν διαφυγόντες πλοῦν Θεοκρίνῃ August. primus. μακρὰν διαφυγόντες πλοῦν Θεοκρίνῃ Bavaricus: sed hic super secundo α primi vocabuli dat etiam ο. Wolfius etiam πλοῖον coniecerat. Sed πλοῦν praefert Taylorus. Wolfius in Farragine suspicari videtur, pro duobus vocabulis μακρὸν πλοῖον unum Μάκρον (penacute) esse exarandum, quasi Μάκρος, *Macer*, pro proprio nomine habuerit. Post διαφυγόντες addidi πλοῖον, quod convenientius videbatur quam πλοῦν. Vix bene dici potest μακρὸν διαφεύγειν πλοῦν, *longam navigationem effugere*, sed bene dicitur μακρὸν πλοῖον, *longum navigium*, h. e. *piraticum*, *effugere*. Non διαφεύγομεν nisi ea, quae nos persequuntur: sed navis piratica quidem persequitur mercatoriam, non autem longa navigatio. ἢ διαφέρον τι bene habet: idem est ac si dixisset ἢ ὥσπερ εἰ διαφέροι τι. *aut quasi differat vel intersit quidquam* [ad studium puta quaestumve aut ad salutem mercatorum], *posteaquam navem piraticam effugissent, tandem tamen in Theocrinem tanquam in scopulum aliquem coecum in portu latentem incurrere eoque sic in ipso portu naufragium facere.* Sub hac forma considerata oratio lectionem πλοῦν reddit paulo tamen probabilem. REISK. πλοῦν Bekker. Recte. *evitatis longae navigationis periculis.* SCHAEFER.

P. 1339. v. 13. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1339. v. 13. τῶν] τὸ Aldina. REISK.

P. 1339. v. 15. ἀλλὰ τοὺς στρατηγοὺς —] Loci huius sententia ita se habere videtur: Mercatores, dum per mare navigant, sub praesidio sunt ducum longarumque navium praefectorum [*the convoy*], hic autem sub vestro legumque. TAYLOR. τὰ κατὰ πλοῦν γιγνόμενα sunt mala quae mercatoribus dum navigant accidunt. Horum culpam dicuntur sustinere duces classiariorum, si mercatorias naves non tueantur a depraedationibus piratarum. Rursus τὰ ἐν τῷ Πειραιεῖ καὶ πρὸς ταῖς ἀρχαῖς γιγνόμενα sunt omnis generis vexationes quae mercatores in portum devectos adfligunt. Horum culpam dicuntur sustinere iudices, si sycophantarum in illos grassantium protervitatem non compriment. V. v. 21. SCHAEFER.

P. 1339. v. 17. τούτων] τούτω Paulina. REISK.

P. 1339. v. 21. πράως] πρᾴως Bekker. SCHAEFER.

P. 1339. v. 21. πράως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν] Plutarchus V. Pelop. c. 33. in. ἐπὶ τῇ τοῦ Πελοπίδου τελευτῇ βαρέως φέρειν. Coraës: Καινῶς εἰρημένον, εἰ μὴ ἡμάρτηται ἡ γραφὴ, ἀντὶ τοῦ, τὴν τοῦ Πελοπίδου τελευτὴν βαρέως φέρειν. Non meminerat vir eximius huius sibi constructionis exempla etiam in classicis scriptoribus oblata esse. V. Abreschius ad Xenophont. Ephes. p. 178. edit. Loc. et Wesselingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 548. edit. Bip. SCHAEFER.

P. 1339. v. 21. ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις] ἀντὶ τοῦ τὰ γιγνόμενα. WOLF.

P. 1339. v. 21. καὶ — πράττουσιν] μηδὲ συνειδέναι τι τούτοις August. primus, a quo absunt verba ὧν πράττουσιν. REISK. τι additum satis placet. SCHAEFER.

P. 1339. v. 22. δήπου] που simplex dat August. primus. REISK.

P. 1339. v. 22. Μηλίους] Τηνίους August. primus. REISK. V. not. ad p. 1334, 6. SCHAEFER.

P. 1339. v. 24. ὅς] ὡς Aldina, Paulina. REISK.

P. 1339. v. 24. τὸ] τὸν Paulina. REISK.

P. 1339. v. 25. παραβέβηκε] παραβέβηκεν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1339. v. 27. ἐφ' οὓς — ἀναγκάσαι] S. τούτους. πληροῦν τριήρεις ἐπί τινας recte legitur. Sed si τὸ ἐφ' abesset, planior esset constructio: οὓς δεῖ (s. ἡμᾶς) πληρώσαντας τριήρεις ἀναγκάσαι. WOLF. Subaudi αὐτοὺς, non τούτους. SCHAEFER.

P. 1339. v. 27. δεῖ] Vulg. δεῖν. δεῖ margo Lutetianae, August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 1339. v. 28. ὑμεῖς] Vulg. ὑμᾶς. ὑμεῖς August. primus. Et sic correxi. Alloquitur Moeroclem caeterosque Theocrinis advocatos. REISK. Sic pervertitur ratio oppositionis membrorum. Cum enim antecedat τοὺς μὲν τὰς νήσους οἰκοῦντας —, perverse sequitur ὑμεῖς δὲ —. Iure igitur ὑμᾶς revocavit Bekker. Sed vellem laboranti loco succurrere perrexisset. V. not. ad ἐάσετε p. 1340, 1. SCHAEFER.

P. 1339. v. 28. κατὰ τουτουσὶ τοὺς νόμους] Vulg. τουτουσὶ κατὰ τοὺς νόμους. Sic τουτουσὶ est *hos iudices, coram quibus nunc stamus.* Ego vero arbitratu meo transposui vocabula sic: κατὰ τουτουσὶ τοὺς νόμους. *secundum has leges.* REISK. Pronomen expunxit Bekker. Idem: „καθημένους] καθημένους τουτουσὶ S. Q. r." Ut τουτουσὶ ante κατὰ reponendum videatur. Nec pronomen repudiandum est propterea, quod statim sequitur σωφρονῆτε. Repentina enim orationis conversio huius loci affectum inprimis decet. SCHAEFER.

P. 1340. v. 1. ἐάσετε] [ἐᾶσαι.] Alii ἐάσουσι. S. οἱ δικασταί. Antecessit κωλύσομεν [p. 1339, 26.], cui responderet ἐάσομεν. Sed sequitur οὐκ ἄν γ' ἐσωφρονεῖτε: ut videatur legendum ἐάσετε. Sed nec hoc cohaeret cum eo, quod antecessit [p. 1339. ult.], καθημένους τουτουσὶ, cum subito persona mutetur. WOLF. Totum hoc comma ita ordinandum est: καὶ τοὺς μὲν τὰς νήσους οἰκοῦντας κωλύσομεν ἀδικεῖν, ἐφ' οὓς τριήρεις δεῖ ὑμᾶς πληρώσαντας ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, τοὺς δὲ μιαροὺς, οἷς αὐτοῦ δεῖ καθημένους τουτουσὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐπιθεῖναι δίκην, ἐάσομεν. *Absurdum est utique tanto apparatu atque etiam impensis insulanos eosque, qui longe distant, cogere ad officium praestandum, et interea homines scelestos impunitos dimittere, quos in ordinem legum auxilio possimus redigere domi sedentes.* TAYLOR. Vulg. ἐᾶσαι. ἐάσουσιν August. primus, margo Lutetianae e Paulina, margo Bavarici cum γρ. Correxi ἐάσετε. *vosne aufugere sinetis et intactos, illaesos transmittetis hos sceleratos, a quibus ut dignae repetantur poenae, nil aliud requiritur, quam ut hi iudices* *) *e suis subselliis sententiam condemnatoriam pronuncient.* Vulgata ἐᾶσαι videtur nata ex alia librorum Demosthenicorum lectione: ἀξιοῦτε ἐᾶσαι. Aestuat h. l. Wolfius. REISK. Bekkerus: „ἐάσετε] ἐᾶσαι F. S. Q.“ Vere. Subaudi ἡμᾶς. Idem hic est color orationis qui p. 1313, 26. s. 1337, 18. SCHAEFER.

P. 1340. v. 1. οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε] οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε Reisk. et Bekkeri Oxoniensis: οὐκ ἄν γε σωφρονῆτε Berolinensis. οὐκ, ἐάν γε σωφρονῆτε Dindorfiana, ἐάν sumto e Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 1340. v. 1. οὐκ, ἄν γε σωφρονῆτε] Universi habent οὐκ ἄν γ' ἐσωφρονεῖτε. Quod miror Wolfio displicuisse. TAYLOR. Vulg. οὐκ ἄν γ' ἐσωφρονεῖτε. οὐκ ἄν γε σωφρονῆτε August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. *Non profecto facietis hoc, si sapiatis.* REISK. Ipsa enclitica arguit sic scribendum esse. *wenn ihr a n d e r s klug seid.* SCHAEFER.

P. 1340. v. 5. βούλομαι δὲ — ἐνοχλεῖν ὑμῖν.] Tota haec sententia abest ab August. primo. REISK.

P. 1340. v. 8. τῷ πατρὶ] Vulg. τὸ πατρί. τῷ πατρὶ Bavaricus, August. primus, Wolfiana. Et sic correxi. REISK.

P. 1340. v. 8. νομίζων εἶναι] εἶναι νομίζων Bekker. SCHAEFER.

P. 1340. v. 11. με βουλομένους] [βεβουλημένους.] Rectius Aug. με βουλομένους. TAYLOR. Vulg. βεβουλημένους. με βουλομένους August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

---

*) Hic vertit καθημένους τουτουσὶ —. Adeo Reiskius cum Reiskio passim dissentit! Quae non ipsius culpa est, sed Atropi nimium festinantis. Nebulones videas attingere extremam senectutem: hominem bono litterarum viventem rapuit mors immatura. SCHAEFER.

P. 1340. v. 12. ἐπαινέσοντας] Recte ἐπαινεσομένους Bekker. e libris notae optimae. V. not. ad p. 355, 17, 538, 13. SCHAEFER.

P. 1340. v. 15. οὕτως] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1340. v. 16. τύχοι] τύχῃ August. primus. REISK. Recte τύχῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 1340. v. 16. ἐμοὶ] Vulg. ἐμοῦ. ἐμοὶ margo Lutetianae, editio Wolfii, August. primus. Et sic correxi. REISK.

P. 1340. v. 17. ὅν, τοῦτ' εἶναι] Sic malim distingui atque legi: ὃν ταὐτὸ, εἶναι —. *faciendum mihi esse id, quod pater iusserit, praesertim cum idem quoque sit iustum.* Sed bene habet vulgata. REISK.

P. 1340. v. 18. δεῖ] δεῖξαι Aldina. REISK.

P. 1340. v. 18. αὐτῷ] αὐτὸν Aldina. REISK.

P. 1340. v. 20. ἡ — τιμωρία] Θεοκρίνου. SCHAEFER.

P. 1340. v. 20. μετέχων δ' αὐτὸς τυγχάνω] Malim negationem addi, aut in istum modum: μὴ μετέχων δ' αὐτὸς τυγχάνω. aut in hunc: μετέχων δ' αὐτὸς οὐ τυγχάνω. Donec enim pater ἀτιμίᾳ notatus in vivis supererat, filius istius ignominiae et calamitatis erat exsors defunctoque patre demum incipiebat eam participare. REISK. Negatio non addenda. ἡ τοῦ πατρὸς ἀτυχία significat omnia mala, quae ἀτιμωθεὶς ille experiebatur. Horum malorum filius recte dicitur particeps. Conf. v. sequ. SCHAEFER.

P. 1340. v. 21. μόνος — καταλελειμμένος] destitutus amicis. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 66.

P. 1340. v. 21. δ' ᾖ καταλελειμμένος] Vulg. δὲ καταλελειμμένος. δ' ᾖ καταλελειμμένος August. primus. Subiunctivum addidi. REISK.

P. 1340. v. 21. ὁ πατήρ] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 1340. v. 22. νῦν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1340. v. 22. συμβέβηκε] συμβέβηκεν Bekker. Et sic etiam v. sequ. SCHAEFER.

P. 1340. v. 25. συνάχθεσθαι — πεπονθέναι] Subaudi ἡμῖν et ἡμᾶς. Vide quam libenter Graeci pronomina praetermittant, ubi praetermissio sensum non obscurat. SCHAEFER.

P. 1340. v. 27. τῶν εἰπόντων] eorum, qui operam advocationis condixerant. REISK. Immo: qui talia iactarunt. SCHAEFER.

P. 1340. v. 29. τῆς παῤῥησίας] Quid si τῆς ἀπεχθείας aut ἡσυχίας? WOLF. Suspicabar aliquando τῆς ἀπαῤῥησίας. *tantopere vincitur ius et fas a timiditate libertatem loquendi suffocante.* Sententia est: Tacent, quia nolunt loquendo discrimen adire caussae eiusmodi perdendae, qua si cadant, simul etiam ius cum populo agendi aut coram iudicio standi amittant. Habuit Wolfium quoque haec dictio male, quod ex eius coniecturis apparet. Nunc tamen videtur vulgata

stare posse et eius haec sententia esse: Facultas cum aliis libere congrediendi et colloquendi [quae libertas salva est et conservatur cavendo, ne cum iis, cum quibus libere agere velis, simultates suscipias neve eos accuses] maioris a quibusdam fit, quam studium aequum et iustum tuendi. REISK. Immo est i. q. ἢ ὥστε παῤῥησιάζεσθαι περὶ αὐτοῦ. SCHAEFER.

P. 1340. v. 29. ἡμῖν] Vulg. ὑμῖν. ἡμῖν August. primus, Bavaricus, Paulina, Wolfiana. REISK.

P. 1341. v. 1. [οὐκ]] Omittit August. primus. ἐν οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ non incommodam reddit, fateor, sententiam: blandiebatur tamen magis sententia e lectione Augustani exsistens, a quo οὐκ abest. Quare id uncis inclusi. Magnam vim habet actorem queri, multas sibi a reo factas esse per longum tempus iniurias. Sed non minus, opinor, valet actorem queri, multis se modis a reo intra tempus brevissimum esse laesum. REISK. Uncos recte amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 1341. v. 2. τὰ δεινὰ—ἡσυχίαν ἐκτέον ἐστὶν] V. not. ad p. 1161, 7. SCHAEFER.

P. 1341. v. 3. [τὰ]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. Mallem expunctum hoc τά. SCHAEFER.

P. 1341. v. 3. πεπραγμένα] γεγραμμένα August. primus. REISK.

P. 1341. v. 7. τῷ πάντων τούτων ὑστερίζοντι] infacundissimo. SCHAEFER.

P. 1341. v. 8. τοῖς τηλικούτοις] tantulae aetatis. SCHAEFER.

P. 1341. v. 8. βοηθοῦσι] βοηθοῦσιν Bekker. Turpem hiatum Reiskiana traxit e Lutetiana: nam Wolfiana habet βοηθοῦσιν. SCHAEFER.

P. 1341. v. 8. αὐτος] meus pater. REISK.

P. 1341. v. 12. ἄλλην] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1341. v. 12. ἥκῃ] Vulg. ἥκει. ἥκῃ Bavaricus, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1341. v. 13. καὶ] κατὰ August. primus. REISK.

P. 1341. v. 15. αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς λέγουσι] τοὺς ἐπὶ τοῖς λειτουργοῦσι August. primus. REISK.

P. 1341. v. 15. ὑμῖν] ἡμῖν Bavaricus. REISK.

P. 1341. v. 16. κρίνειν] Vulg. κρίνει. κρίνειν August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 1341. v. 16. σαφῶς] Lege σοφῶς, argute, scienter, ut solent ii, qui in iis artibus se exercebant. Nihil opus est ista perspicuitate. TAYLOR. σαφῶς, *clara*, *sonora voce*. Malim tamen σοφῶς, *argute*, *scite*, *docte*, *subtiliter*. Quod etiam Tayloro in mentem venisse nunc video. REISK. Assentior. SCHAEFER.

P. 1341. v. 18. πείσει] πείσῃ margo Lutetianae. REISK.

P. 1341. v. 18. ἐπιλείψουσιν — ῥήτορες] Vulg. ἐπιλείψουσιν οὗτοι οἱ ῥήτορες. ἐπιλείψουσιν οἱ τοιοῦτοι ῥήτορες August. primus. γϱ. ἐπιλείψουσιν ἡμᾶς οἱ τοιοῦτοι ῥήτορες margo Bavarici. Correxi ἐπιλείψουσιν ὑμᾶς *) οἱ τοιοῦτοι ῥήτορες. REISK. ἐπιλείψουσιν οἱ τοιοῦτοι ῥήτορες Bekker. SCHAEFER.

P. 1341. v. 20. διὰ τοῦτο] Scilicet τὸ ἐπιλείπειν ὑμᾶς τοὺς τοιούτους ῥήτορας. etiamsi quoque oratores huiusmodi vos destituant iisque carendum sit vobis. REISK.

P. 1341. v. 22. ἐπολιτεύοντο] ἐμπολιτεύονται August. primus. REISK.

P. 1341. v. 23. πότερον] πότερα August. primus, margo Lutetianae e Paulina. Utramque lectionem dat Bavaricus. REISK.

P. 1341. v. 25. οὐδ' ἐν] [οὐδὲν.] Omnino rescribes cum Aug. οὐδὲν ἐν τῷ δ. λ. Vides, ubi ea vocula obruebatur. Vides etiam, quam necessarium, ut restitueretur. TAYLOR. Vulg. οὐδὲν. οὐδὲν ἐν August. primus. γϱ. οὐδ' ἐν τῷ δήμῳ, margo Bavarici. οὐδὲν distraxi meo iudicio in duo vocabula οὐδ' ἐν. *Atqui ne pro concione quidem verba faciunt.* Poterat tamen etiam οὐδὲν ἐν τ. δ. λ. probari. *nihil pro concione dicunt.* REISK. Recte οὐδὲν ἐν Bekker. SCHAEFER.

P. 1341. v. 25. τοὺς ἐκεῖθεν] τοὺς ἀπὸ τοῦ δήμου ἢ τοὺς πολλούς. WOLF. homines plebeios, ἐκ τοῦ δήμου. γϱ. τοὺς λέγοντας ἀεὶ Bavaricus. REISK. Bekkerus: „ἐκεῖθεν] λέγοντας ἀεὶ margo F. S. Q." F. τοὺς ἐκεῖθεν λέγοντας ἀεί. SCHAEFER.

P. 1341. v. 26. ὃ] Id est δι' ὅ. REISK. V. not. ad p. 1277, 10. SCHAEFER.

P. 1341. v. 26. θαυμαστόν] θαυμάσιόν August. primus. REISK. Item optimus Cod. Bekk. Et recepit Dindorf. Conf. p. 779, 13. SCHAEFER.

P. 1341. v. 26. ἀπὸ] Bekkerus: „ἐκ S." Recepit Dindorf. Videturque praeferendum, cum ἀπὸ statim sequatur. SCHAEFER.

P. 1341. v. 29. περιϊόντες] περιόντες Aldina. REISK.

P. 1341. v. 29. ὡς ἄρα] Vulg. ὡς. Addit August. primus ἄρα. Addidi. REISK. Expunxit Bekker. Additum satis placet. SCHAEFER.

P. 1342. v. 1. δύσχρηστος] Bekkerus: „δυσχερὴς S." Placet, etiam propterea quod ad aures accidit iucundius. ἀτόπους — καὶ δυσχερεῖς ἀνθρώπους p. 439, 27. SCHAEFER.

P. 1342. v. 2. οὐχὶ] οὐ Bekker. SCHAEFER.

*) ἡμᾶς in textu dedit. SCHAEFER.

P. 1342. v. 3. ὑμετέραν] Vulg. ἡμετέραν. ὑμετέραν August. primus, Bavaricus, Aldina, Paulina, margo Lutetianae. REISK.

P. 1342. v. 5. οὐδένα—πονηρίας] Vulg. οὐδένα γὰρ ἀξίως αὐτῶν τῆς πονηρίας. οὐδένα γὰρ αὐτῶν ἀξίως τῆς τούτων πονηρίας August. primus, cum quo convenit Bavaricus quoque, nisi quod pro ἀξίως dat ἄξιον. In huius margine tamen vulgata item est annotata. Correxi οὐδένα γὰρ αὐτῶν ἀξίως τῆς τούτων πονηρίας. REISK. οὐδένα γὰρ ἀξίως αὐτῶν τῆς πονηρίας Bekker. F. οὐδένα γὰρ τούτων ἀξίως τῆς αὐτῶν πονηρίας. SCHAEFER.

P. 1342. v. 7. ἐξωλέστερον] ἐξολέστερον Aldina. REISK.

P. 1342. v. 8. ἐστι] ἐστιν Bekker. SCHAEFER.

P. 1342. v. 8. τί γὰρ ἄν τις κ. τ. λ.] Vide Victorium Var. Lect. I. 12. TAYLOR.

P. 1342. v. 10. ἐκεῖνοι] Scilicet οἱ ἀδικοῦντες τὴν πόλιν. REISK.

P. 1342. v. 10. ἐκεῖνοι;] Recte ἐκεῖνοι. Bekker. Est enim haec hypophora. SCHAEFER.

P. 1342. v. 15. αὑτοῖς] [αὐτοῖς.] Vel αὑτοῖς potius. *sibi ipsis*. TAYLOR. Vulg. αὐτοῖς. REISK.

P. 1342. v. 15. τοὺς μὲν ἄλλους — τοὺς μὲν — τοὺς δ' — τοὺς δ' — τοὺς δὲ τοιούτους —] Sane quam notabile exemplum usus accusativorum, qui vulgo dicuntur absoluti s. pendentes: de quorum ratione passim disputavi. V. nott. ad p. 1222, 23. 1229, 16. 1253, 7. 1326, 6. Atque h. l. inprimis advertendum quod Orator hos accusativos tam opponens inter se duo membra [τοὺς μὲν ἄλλους —, τοὺς δὲ τοιούτους —] quam prius membrum tripertito dividens [τοὺς μὲν —, τοὺς δ' —, τοὺς δ' —] ita accumulavit, ut periodus, quantumvis σολοικοφανὴς videatur, tamen eximia concinnitate vincta sit. Res non animadversa quibus Reiskium difficultatibus impediverit quaeque ei obiecerit spectra, ostendent notae proxime sequentes. SCHAEFER.

P. 1342. v. 17. τοὺς μὲν] Post τοὺς μὲν videtur deesse ἐξιόντας, *domo discedentes*, aut ἀποδημοῦντας, *peregre proficiscentes*. REISK. Minime gentium. Intelligendi fures. SCHAEFER.

P. 1342. v. 17. φυλακὴν] φυλαχὴν Paulina, e Felicianea traducto errore. REISK.

P. 1342. v. 17. σώζειν] Paulo dictum insolentius σώζειν τοὺς κακούργους, potest tamen utrumque *) defendi: prorsus ut latinum *defendere* non modo est *tueri*, sed etiam *arcere*. σώζειν h. l. est, ut v. 20. διασώσασθαι, *arcere*, *abigere*, *depellere*. REISK. Narrat somnia ἐκ τῆς ἐλεφαντίνης. Ad v. σώζειν subaudi αὐτά, scilicet τὰ οἴκοι. SCHAEFER.

*) Videtur scripsisse *utcunque*. SCHAEFER.

P. 1342. v. 17. τοὺς δ'] Intelligendi nocturni grassatores. SCHAEFER.

P. 1342. v. 18. τοὺς δ' — ἐπιβουλήν] τοὺς δ' ἔνεστι διασώσασθαι (s. ἑαυτοὺς ἢ διασωθῆναι) ἑνί γε τῳ τρόπῳ, φυλαξαμένους τὴν ἐπιβουλὴν τῶν βουλομένων ποιεῖν κακόν τι. WOLF.

P. 1342. v. 18. ἑνί γε τῳ τρόπῳ] *one way or other*, ut nos loquimur. τοὺς μὲν φυλακὴν καταστήσαντας — τοὺς δ' ἔνδον μένοντας — τοὺς δ' ἑνί γε τῳ (i. e. τινὶ) τρόπῳ φυλαξαμένους. TAYLOR.

P. 1342. v. 20. διώσασθαι] Vulg. διασώσασθαι. δ' ἴσως *) ἰάσασθαι August. primus. διασώσασθαι accipio h. l. pro διώσασθαι, *a sese depellere.* Sententia haec est: *Bona sua ab insidiis sceleratorum tutari et conservare salva licet. Si cui domo de die sit exeundum aut peregre proficiscendum, constituat custodes interim bonorum domi relictorum. Domi manere si cui licet per noctem, mali nil patietur, quia ipse adest. Quocunque modo, aliquo certe, datum est insidias improborum profligare et salvum ex iis evadere.* Haud infitiabor tamen, locum hunc non esse in tornatissimis. Fuit aliquando cum διώσασθαι in mentem veniret. Et hoc praetuli. REISK. Servavit Bekker. Quod nollem factum. διασώσασθαι vide quam apte concinat cum antecedentibus σώζειν et μηδὲν παθεῖν. Rarior hic usus medii propriam vim servantis. *sich retten.* Iungenda autem ἑνί γε τῳ τρόπῳ φυλαξαμένους τὴν — ἐπιβουλήν. SCHAEFER.

P. 1342. v. 20. κακόν] [κακῶν.] Legendum κακόν, ut in margine Parisiensi. IURIN. Vulg. κακῶν. κακόν August. primus, Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1342. v. 21. βουλομένων ποιεῖν] ποιεῖν βουλομένων Dindorf. ex optimo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 1342. v. 21. τοὺς δὲ τοιούτους συκοφαντοῦντας] τοὺς δὲ τοιούτους. S. τοὺς συκοφαντοῦντας. Videtur esse scholion. WOLF. συκοφαντοῦντας pro scholio habet Wolfius. Eius loco dat August. primus συκοφάντας. REISK. τοὺς δὲ τοιούτουσὶ συκοφάντας Bekker. Sic certum sycophantarum genus intelligitur. Sed omnino sycophantae intelligendi sunt. Itaque malim τοὺς δὲ τοιούτους τοὺς συκοφαντοῦντας, h. e. τ. δ. τ. οἳ συκοφαντοῦσιν. Opponitur v. 15. s. τοὺς μὲν ἄλλους, ὅσοι —. SCHAEFER.

P. 1342. v. 22. ποῖ] ποῦ August. primus. REISK.

P. 1342. v. 22. ποῖ χρὴ πορευθέντας —] Est ἀνακόλουθον. Sic certe melius cohaereret constructio: παρὰ δὲ τῶν συκοφαντούντων ποῖ χρὴ πορευθέντας ἀδείας τυχεῖν; WOLF. Videtur etiam hic aliquid deesse. Non me fugit posse accusativos illos, τοὺς δὲ τοιούτους συκοφαντοῦντας, pro accusativis absolutis haberi **).

---

*) ἴσως est Critici, sed παραδιορθοῦντος. De Seidlero, quem hoc adverbium fefellerat ad Euripid. Iphig. Taur. 50., non debebat triumphus cani. Nam ridiculus si fuit error, nos omnes scilicet saepe erramus ridicule. SCHAEFER.

**) Sic Ind. Graecitat. p. 22. SCHAEFER.

quod attinet ad hos homines. Planior tamen utique foret oratio, si sic legeremus: ποῖ χρὴ πορευθέντας διαφεύγειν καὶ τῆς παρὰ τούτων ἀδείας τυχεῖν; *quo abeundum erit, ut hos sycophantas effugiamus, ut tuti ab iis simus?* REISK. Tandem suboluit Reiskio, quae sit huius periodi syntaxis. Qui si viam, quam sensus obscurior ostenderat, instilisset, nimirum facile vidisset locum hunc esse in tornatissimis. SCHAEFER.

P. 1342. v. 22. παρὰ τούτων] Desunt texto Bavarici, sed leguntur in margine. REISK.

P. 1342. v. 22. αἱ — τῶν ἄλλων ἀδικημάτων καταφυγαὶ] V. quae nuper scripsi ad Porsoni Orest. v. 442. et 714. SCHAEFER.

P. 1342. v. 25. αὐτῶν] Vulg. αὐτάς. αὐτῶν August. primus, Bavaricus, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1342. v. 25. ῥώμας] Bekkerus: „ῥώμας F. γνώμας S. Q." γνώμας (γν) vide ne praestet ut aptius sequenti νομίζοντες. SCHAEFER.

P. 1342. v. 27. πλουσίους] πράους August. primus. REISK. Bekkerus: „πράους r." Placet. Athenis enim qui erant πλούσιοι, iidem raro erant ἀπράγμονες, qualis fuit egregius ille Nicias. Plutarchus V. Niciae c. 4. τινὰ τῶν ἀπραγμόνων καὶ πενήτων. *) SCHAEFER.

P. 1342. v. 27. ἀναμνησθέντες οὖν —] Inchoata hic oratio, per multas ambages posteaquam est circumducta et per maeandros quasi irremeabiles distracta, tandem tamen p. 1343, 21. in v. βοηθήσατε renovatur atque absolvitur. REISK.

P. 1342. v. 29. Ὀλύμπια] [Ὀλυμπιάσι.] Ὀλύμπια Cod. August. Quam scripturam commendat praestantissimus Hemsterhusius ad Luciani Timonem p. 106. nov. edit. Utut illud sit, legerem omnino νικήσας παῖδας σταδίῳ. Ferri quidem potest νικήσας παίδων στάδιον. Et utrumque probum est. TAYLOR. Vulg. Ὀλυμπιάσι. Ὀλύμπια August. primus, probante Tayloro **). Et hoc dedi. REISK. στάδιον cave mutes. V. Wesselingius ad Diodor. Sic.

---

*) Sequuntur ibidem versus Comici (eiusdem, ut arbitror, cuius sunt qui proxime antecedunt, h. e. Eupolidis ἐν τῷ Μαρικᾷ), sic dispertiendi illi:

A. Ἠκούσατ', ὦ συνήλικες,
ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον.
B. Ὑμεῖς γὰρ, ὦ φρενοβλαβεῖς,
λάβοιτ' ἂν ἄνδρ' ἄριστον ἐν κακῷ τινι;

notabili dimetrorum et trimetrorum in diverbio consociatione. Obiter moneo Telecliden a Plutarcho citatum videri scripsisse Χαιρεκλῆς, non Χαρικλῆς. Sic Graeci dicunt tam Χαιρέδημος quam Χαρίδημος, tam Χαίριππος quam Χάριππος. SCHAEFER.

**) Sed Anglus negat sibi liquere. SCHAEFER.

XIII. 74. T. V. p. 600. edit. Bip. Nec trium concursus accusativorum habet quod offendat. SCHAEFER.

P. 1343. v. 1. παῖδας] παῖδα August. primus. παίδων mavult Taylorus. REISK. Non mavult, sed ferri posse ait. SCHAEFER.

P. 1343. v. 1. ἐστεφάνωσε τὴν πόλιν] Nam victoriae decus victor cum patria communicabat. SCHAEFER.

P. 1343. v. 2. ὑμετέροις] [ἡμετέροις.] Legendum ὑμετέροις. Ita editorum nonnulli: et Wolfius scite interpretatur. TAYLOR. ὑμετέροις. IURIN. Sic corrigi volunt Taylorus et Iurinus vitiosum ἡμετέροις, quod est in Wolfiana. REISK.

P. 1343. v. 2. ἐπιεικῆ δόξαν] *satis gloriae*. SCHAEFER.

P. 1343. v. 2. δὲ δὴ] Vulg. δέ. δὲ δὴ August. primus. Addidi δή. REISK. Bekkerus: „δὴ om. F. S. Q." Malim omissum. SCHAEFER.

P. 1343. v. 3. τουτουὶ] Vulg. τοῦτον. τουτουὶ August. primus. REISK.

P. 1343. v. 3. ἀπεστερήμεθα] Vulg. ἀποστεροίμεθα. ἀποστερούμεθα Aldina. ἀπεστερήμεθα August. primus, Bavaricus. Et hoc dedi. REISK. Usus est perfecto, quo gravius loqueretur. Pater enim adhuc solus ἀπεστέρηται: ipse, ut haeres olim futurus τῆς τοῦ πατρὸς ἀτιμίας, ἀποστερήσεται. SCHAEFER.

P. 1343. v. 3. ταύτης τῆς πόλεως] Sensus: iuribus civium Atticorum, τῆς πολιτείας. SCHAEFER.

P. 1343. v. 5. Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου —] V. Aristophan. Av. 126. et Σχ. ad locum. TAYLOR. Demosthenem h. l. memoria lapsum reprehendit Valesius Emendatt. p. 108. Conf. Palmerius Exercitatt. p. 648. REISK. V. Ind. Graecitat. p. 553. Hominem commemorat etiam Plato Gorg. p. 472. HSt., ad q. l. v. Heindorf. p. 86. SCHAEFER.

P. 1343. v. 5. ὁ] Vulg. μὲν ὁ. μὲν abest ab August. primo. Delevi. REISK.

P. 1343. v. 5. Σκελλίου, θεῖος] σκελλιούθιος Aldina. REISK.

P. 1343. v. 6. τοῦ πάππου τοῦ ἐμοῦ] τοῦ ἐμοῦ πάππου August. primus. REISK.

P. 1343. v. 6. οὗ] Refer ad Ἀριστοκράτης. SCHAEFER.

P. 1343. v. 6. ὁ ἀδελφὸς] Bekkerus: „ὁ om. F. S. Q. r." Recte ἁδελφὸς Dindorf. SCHAEFER.

P. 1343. v. 8. Λακεδαιμονίοις] Pro hac voce dat August. primus καί. REISK.

P. 1343. v. 8. κατασκάψας] Aug. καὶ κατασκάψας, et l. 10. ὑποδέχεσθαι, καθεῖλε μὲν τό τε γιγνόμενον ἐπιτείχισμα. TAYLOR.

P. 1343. v. 8. τὴν *) Ἠετιώνειαν] τὴν θηετιωνίαν August.

---

*) Corrige vitium typotheticum. SCHAEFER.

primus. REISK. Stephanus: ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα ἀπὸ Ἠετίωνος. WOLF. Memoria lapsum esse Demosthenem, sive quicunque fuerit auctor huius Orationis, ostendit doctissimus Valesius IV. Emendatt. 7. ex Thucydide VIII. 89. 90., et res gestas sub CCCC per incogitantiam applicare ad dominatum XXXviralem. TAYLOR. V. Krügerus Commentatt. post Dionysii Halic. Historiographica p. 383. SCHAEFER.

P. 1343. v. 8. τοὺς] Abest ab August. primo. REISK. Expunxit Dindorf. SCHAEFER.

P. 1343. v. 10. οἱ περὶ Κριτίαν] V. Krügerus l. c. p. 374. SCHAEFER.

P. 1343. v. 10. ὑποδέχεσθαι] Vulg. ἀποδέχεσθαι. Correxi ὑποδέχεσθαι. REISK. V. not. ad κατασκάψας v. 8. SCHAEFER.

P. 1343. v. 11. τὸ ἐπιτείχισμα] τό τε γιγνόμενον ἐπιτείχισμα August. primus. REISK. Bekkerus: „τὸ] τότε γινόμενον r." F. τὸ τότε γιγνόμενον ἐπιτείχισμα. Res enim accidit, antequam castellum peraedificatum esset. V. Thucydides VIII. 92. SCHAEFER.

P. 1343. v. 12. τοιούτους κινδύνους] discrimina, qualia nunc adimus. REISK. in quibus qui cadit fit ἄτιμος. SCHAEFER.

P. 1343. v. 13. ἔπαυσε—τοὺς ἐπιβουλεύοντας] Subaudi ἐπιβουλεύοντας. Dialogus Socraticus Eryx. p. 100. edit. Heidelb. τὸν νοσοῦντα παύειν. Subaudi νοσοῦντα. Sic locutio explenda, quoties participium cum articulo iungitur verbo παύειν. *) SCHAEFER.

P. 1343. v. 13. δὲ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1343. v. 13. δι' οὓς, εἰ καὶ Θεοκρίνῃ] [δι' ὄν.] Lambinus hariolatur δι' ὧν, credo, quia ex maioribus duos adduxit bene meritos, Epicharem scilicet et Aristocratem. Non malo certe ingenio. Sed grammaticae melius litasset, si cum August. emendasset: δι' οὓς, εἰ καὶ Θεοκρίνῃ κ. τ. λ. Quod unice verum est. TAYLOR. Vulg. δι' ὃν εἰ Θεοκρίνῃ. δι' οὓς εἰ καὶ Θεοκρίνῃ August. primus. Et sic correxi. Redit enim ad plures, ad Epicharem et ad Aristocratem. REISK. δι' ὄν, εἰ Θεοκρίνῃ Bekker. Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 1343. v. 15. πολλάκις γε πρὸς ὑμᾶς ταυτὰ] Vulg. πολλάκις ὑμᾶς ταῦτα. πολλάκις γε πρὸς ὑμᾶς ταῦτα August. primus. ταυτὰ margo Lutetianae. Dedi πολλάκις γε πρὸς ὑμᾶς ταυτά. REISK.

---

*) Xenophon Memorab. III. 6. in. Γλαύκωνα — ὄντων ἄλλων οἰκείων τε καὶ φίλων οὐδεὶς ἠδύνατο παῦσαι ἑλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ καταγέλαστον ὄντα. Revocandum enim quod omnes ante Schneiderum nescio quid scabri h. l. deprehendisse sibi visum dederant. Ad παῦσαι subaudi δημηγορεῖν, quod antecessit. ἑλκόμενόν — ὄντα, *etsi trahebatur de suggestu risumque audientium movebat.* Aliter Matthiae Gramm. Gr. §. 549. 8. p. 793. s. SCHAEFER.

πολλάκις γε ὑμᾶς ταῦτα Bekker. Idem: „γε om. F. S. Q." Nec requiram omissum. τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς p. 622, 12. V. Anecd. Bekk. p. 135, 28. SCHAEFER.

P. 1343. v. 16. οὕτω] οὕτως Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK.

P. 1343. v. 17. οὐδ'] μηδ' August. primus, Bavaricus. REISK. Recepit Bekker. tollens vulgatae soloecismum. SCHAEFER.

P. 1343. v. 18. εἶναι ἡμῖν] ἡμῖν εἶναι Bekker. SCHAEFER.

P. 1343. v. 18. δεδομένης] Bekkerus: „μετα διδομένης S." μεταδιδομένης satis placet. SCHAEFER.

P. 1343. v. 20. καὶ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 1343. v. 20. γ'] τ' August. primus. REISK.

P. 1343. v. 21. ἡσυχίαν ἄγοντα] Quippe ἠτιμωμένον. SCHAEFER.

P. 1343. v. 22. ὑμῶν] Vulg. ἡμῶν. ὑμῶν August. primus. REISK. Recte ἡμῶν Bekker. *qui nostrum pro patria occubuerunt.* SCHAEFER.

P. 1343. v. 23. αὐτῆς] Abest ab August. primo. REISK. Recte adest. μὴ τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγοντα. SCHAEFER.

P. 1343. v. 25. τοιοῦτοι] Scilicet ἀπαραίτητοι. SCHAEFER.

P. 1343. v. 25. τῶν λεγομένων] F. τῶν γενομένων. WOLF. Scilicet ὑφ' ἡμῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ καὶ ὑπὸ τούτου ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. REISK. ὑπὸ Θεοκρίνου, non item ὑφ' ἡμῶν. SCHAEFER.

P. 1343. v. 27. [τιμήματος]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi. REISK. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 1343. v. 28. πρὸς τῶν γονάτων] *per genua.* Forte πρὸ. *ad genua provolutus.* WOLF. Multum fallitur. V. Porsonus ad Euripid. Med. 325. SCHAEFER.

P. 1344. v. 2. οὖν] Post οὖν addit August. primus ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί: item margo Lutetianae, sed sine ὑμῶν. REISK. οὖν ὑμῶν Bekker. Vellem etiam cetera admisisset. SCHAEFER.

P. 1344. v. 2. καὶ] Abest ab Aldina et Paulina. REISK.

P. 1344. v. 2. ψηφίζεσθε] F. ψηφίζεσθαι. WOLF. ψηφίσασθαι August. primus. REISK.

P. 1344. v. 3. βοήθησον — ἀνάβηθι.] Affectuosissimus Orationis exitus. Ab omnibus enim, quos sibi patrocinaturos esse speraverat, destitutus Epichares totam audientium coronam contestatur, ut si quis causae tam iustae misertus opem laboranti ferre velit prodeat patronus. SCHAEFER.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA NEAERAM

PRAEFATIO.

Si auctoritati cedendum esset, nulla foret inter Orationes Demosthenicas, quam tanta facilitate expungi sinerem, quanta illam, quam iam tractare incipis. Pleni sunt antiquorum Criticorum libri gravissimis de ista causa suspicionibus. Dolet interea, interceptum esse tractatulum, ubi inter quasdam alias hanc non esse genuinum Demosthenis foetum ostendebat vir ingenio acerrimo praeditus, Dionysius Halicarnassensis. Vide *π. Δημοσθ. δεινότ.* versus finem [T. VI. p. 1127. R.]. Restant tamen alii, quos sequor et quos merito suo maximo maximi facio. Phrynichus pag. 112. edit. novissimae [p. 225. ed. Lob.]: *Σὺ δὲ βασιλικὸς ἐπιστολεὺς ἐπιφανεὶς ἀνάλογον τῇ σαυτοῦ παρασκευῇ γενικώτατον* *) *ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα τὸν συγγράψαντα τὸν κατὰ Νεαίρας· ὃς διά τε τὰ ἄλλα ὑπωπτεύθη μὴ εἶναι Δημοσθένους καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων.* Athenaeus l. 13. *Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος, ὃν Ἀπολλόδωρος εἴρηκε.* Futiliter Interpres, uti ad Lysiam admonui: *si modo germana est, ut Apollodorus censuit.* Intellige meeum: *Oratio, quam Demosthenes scripsit, si tamen scripsit, Apollodorus autem peroravit.* Rursus in eodem libro idem Athenaeus: *ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας λόγον γράψας*: proinde quasi levis esset hominis et in re critica mediocriter versati Demosthenem citare istius opellae scriptorem. **) Similiter Photius Cod. CCLXV. *Καὶ τὸν κα-*

---

*) Recte Lobeckius *γεννικώτατον*. V. egregiam notam doctissimi Normanni ad Thomae Mag. Laudat. Gregorii Theologi p. 167. s. SCHAEFER.

**) Conf. Schweighäuseri Ind. Auctor. p. 90. SCHAEFER.

τὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων. His adiunge Argumenti auctorem, sive Libanius sit, sive quispiam alius, Harpocrationem item Lexicographum, qui eam eiusque auctoritatem nusquam fere nisi cum suspicione allegat *). Verum neque tantus auctorum cumulus neque ipsa res, quae loquitur, uti mihi videtur, disertissime, Obsopoeo nostro satisfecerunt **), qui ita scribit: *Διαγράφονταί τινες καὶ τοῦτον τὸν λόγον, ὡς οὐ γνήσιον, δηλονότι ὕπτιον ὄντα, ὥς φησι Λιβάνιος, καὶ πολλαχῇ τῆς τοῦ ῥήτορος δυνάμεως ἐνδεέστερον. ἀλλ' ἔμοιγε ἀξιώτατος εἶναι δοκεῖ τῆς ἀναγνώσεως εἰδότι πλείστους ἄνδρας τῶν λογιωτάτων περὶ πλείστου τοῦτον ποιουμένους.* Quos nominasset utinam, ut nos quoque saperemus eorum auctoritate permoti!

Me profecto non pudet dicere, opus esse putidissimum, nullius aut decoris aut gravitatis: et praeter naevos orationis, quibus passim scatet, nihil ibi dictum, quod lectorem percellere aut allicere aut morari demum potest. Est autem Oratio satis antiqua et videtur ad usum forensem fuisse conscripta, non ad ostentationem aut ad imitationem concinnata. Passim inter adnotandum suspicionibus meis auctoritatem addidi. Inde lector meus iudicium capere poterit, iurene an iniuria agam, cum haec futilia non amplectar.

Adhaesit olim Demosthenicis, sive quod hic (strictim licet) memoretur de pecuniis theatralibus, in qua causa tantum praecelluit Demosthenes, sive quod infra Phrynionis cuiusdam res agatur, quem Oratori nostro domo et familia coniunctum fuisse suspicor, sive denique quod Demosthenis (nostrine an alterius, parum interest) testimonium infra adducatur. Quam necessitudinem, tenuissimam licet, superiorem illam orationem c. Theocrinem nostris adiunxisse arbitror. Norunt, qui hasce res tractant, quam levi consuetudine devincti scriptores vetusti quandoque simul conglutinari et sibi invicem adhaerere consuescant: quorum unus, qui excellit, caeterorum non solum famam et existimationem, verum etiam nomen praegravare solet.

Videri potest nonnullis aut lacunosa esse, aut diversa ab ea, quam versarunt antiqui, cum legerint ista Hermogenis p. 318. edit. Crispin.: *τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας ὠβελισμένον ὑπό τινων, τὸ ἀπὸ τριῶν τρυπημάτων τὴν ἐργασίαν πεποιῆσθαι* etc. deinde ista Etymolog. M. c. 325, 18.: *ἐξῆν μέντοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.* Adiunge Suidam in v.

*) V. p. 42. 49. 53. 111. ed. Lips. SCHAEFER.

**) Atqui Obsopoeus hoc solum dicit, Orationem esse dignissimam quae legatur. Quod quis viro optimo non facile concedat? SCHAEFER.

Ἐκφυλλοφορῆσαι. Nam de iis in hac Oratione, prout hodie scribunt membranae, nihil prorsus. Locus tamen iste Hermogenis erit infra a me expendendus.

Viderint otiosiores, an ad hanc bellatulam pertineat Inscriptio adducta a Laur. Pignorio Symbol. Epistolic. 25. pag. 93. et Reinesio I. 126.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗΙ ΝΕΜΕΣΕΙ
ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS CONTRA NEAERAM.

P. 1344. *ΛΙΒΑΝΙΟΥ*] Nomen hoc auctoris primus adiecit Wolfius contra consensum Codicum. TAYLOR.

P. 1344. v. 1. *ὕπτιον*] V. Photius Biblioth. p. 492. a. 23. Bekk. SCHAEFER.

P. 1344. v. 2. *πολλαχῇ*] *πόλλαχῇ* Bekker. SCHAEFER.

P. 1344. v. 5. *πεπρᾶσθαι*] *πεπράσθαι* Reisk. SCHAEFER.

P. 1344. v. 8. *νόμῳ συνοικοῦσαν*] Incredibile illud dictu et sine dubio mendosum. Nam in Orationis contextu p. 1349, 12. *ἥκω ἐπιδείξων εἰς ὑμᾶς ξένῃ μὲν γυναικὶ συνοικοῦντα παρὰ τὸν νόμον*. Et recte sane. Iterum p. 1350, 12. *ὡς δ' ἔστι ξένη Νέαιρα καὶ παρὰ τοὺς νόμους συνοικεῖ Στεφάνῳ, τοῦτο ὑμῖν κ. τ. λ.* Dele ergo in posterum inutile istud vocabulum, *νόμῳ*. TAYLOR. *νόμῳ* cave deleas. Verba: *nunc autem cum Stephano viventem ut uxorem legitimam.* Est enim i. q. *ὡς γυναῖκα συνοικοῦσαν*. V. v. 13. SCHAEFER.

P. 1344. v. 8. *πεπαιδοποιημένην*] Bekkerus: „*παιδοπεποιημένην* r." SCHAEFER.

P. 1344. v. 13. *γυναικὶ συνοικεῖν αὐτῇ*] *γυναῖκα συνοικεῖν αὐτὴν* Bavaricus. REISK. Placet: et recepit Bekker. SCHAEFER.

P. 1344. v. 16. *ἰδιότητος*] *ἰδιότητα* videtur appellare *τὴν φρικὴν στάσιν*. WOLF.

P. 1344. v. 19. *πεποίηται*] *ποιεῖται* Bekker. SCHAEFER.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM CONTRA NEAERAM.

P. 1345. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΛΟΓΟΣ.*] Cicero, ne quid Demostheni concederet, in oratione Caeliana Clodiam sibi sumsisse exagitandam videtur. WOLF. V. Basil. Fabrum in voce. TAYLOR. De Neaera vide Athenaeum p. 593. s. — Nihil video causae, cur haec oratio Demostheni abiudicetur, neque reperio in tota hac oratione quicquam oratore nostro indignum, cui eam omni modo ereptum it Taylorus, sed meras ille nugas agens. Actor causae usque ad p. 1350, 8. est Theomnestus, Diniae filius, gener Apollodori, inde autem Apollodorus ipse. REISK. In vernacula Demosthenis interpretatione T. IV. p. 1. s. Reiskius omnibus nititur viribus, ut hanc orationem a Demosthene scriptam esse pervincat. *) Sed multum vereor ne incassum contenderit. Genuinam esse dubitant Casaubonus ad Athen. T. VII. p. 322. s. et Dorvillius ad Chariton. p. 590. med. edit. Lips. Spuria est Valckenario ad Eran. Philon. p. 160. Boeckhio de Oecon. polit. Athen. T. II. p. 417. a. et Bekkero. Add. nott. ad v. 3. p. 1348, 3. 6. 1355, 2. 1357, 5. 27. 1359, 18. 1364, 26. — *ΚΑΤΑ ΝΕΑΙΡΑΣ* Bekker. SCHAEFER.

P. 1345. v. 1. *Πολλά — ταυτηνὶ*] Rufus p. 80. citat sic scripta: *Πολλὰ μὲν ἦν τὰ παρακαλοῦντα, ὦ Ἀθηναῖοι, γράψασθαι —*. SCHAEFER.

P. 1345. v. 3. *εἰς κινδύνους — κατέστημεν*] In brevissimo ambitu orationis haec ad nauseam repetuntur: hac pag. ipsissima v. 12. *ὡς εἰς ἐσχάτους κινδύνους κατέστημεν.* Proxime p. 1347, 12. *εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταστήσειε,* et v. 22. *εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταστήσεσθαι.* Tanta inopia sermonis Macedonem illum, credo, concutere non potuit. TAYLOR. Sic *ἔχων αὐτὴν* perbrevi spatio ter positum legitur p. 1355, 28. 29. 1356, 5.: omninoque eaedem notiones hac in Oratione ita repetuntur, ut taedium facile capiat legentes. Talia quis dicat coloris esse Demosthenici? Ut fortasse idem se nunc prodat sorex, de quo scripsi ad Titul. Orat. c. Timoth. p. 1184. Inquirant in rem quibus plus est otii. Mihi haec properanti non licet nisi digitum intendere. SCHAEFER.

P. 1345. v. 5. *ὅ τε κηδεστὴς*] Scilicet *ὁ ἐμός,* qui est Apollodorus, filius Pasionis. REISK.

---

*) Add. quae scripsit ad p. 1380, 1. SCHAEFER.

P. 1345. v. 5. καὶ ἡ ἀδελφὴ] Omisit has voces in interpretando Wolfius. Quod non debuit. TAYLOR.

P. 1345. v. 6. ὥστ' οὐχ ὑπάρχων —] Doctissimus Gatakerus noster Miscell. Posthum. C. XII. censet hos esse duos senarios hoc modo digerendos:

Ὥστ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος
Ἀγωνιοῦμαι τόν γ' (vel τόνδ') ἀγῶνα τουτονί.

Certe prior ille a cothurno sumitur et variis attribuitur: ab Athenaeo l. XIII. extr. [T. V. p. 219.] diserte Aristarcho tragico: Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν
Τάδ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος,
καταπαύσω τὸν πρὸς σὲ καὶ τοὺς ἄλλους κύνας ἐνταῦθα λόγον. Adde Casaubonum ad loc. [T. VII. p. 322. s.] Suidam in Ὑπάρχων et Ὡς οὐχ ὑπάρχων. Excidisse nimirum necopinanti scriptori numerosam quandoque orationem pedibusque apte ligatam neque mirum esse debet, et id multi olim animadverterunt. Vide, si vacat, Barthium Adversar. IV. 13. XI. 16. XLI. 22. eumque manipulum auctorum, quem conscripsit Fabricius in Bibl. Lat. T. II. L. II. C. XXI. Cicero Orat. C. LVI.: *Incidere vero omnes* [numeros] *in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum: sed non adtendimus, neque exaudimus nosmet ipsos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor: sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus: vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum.* Olim similia deprehenderunt in scriptore nostro Scholiastes ad Hephaestion. Enchirid. p. 76. et Longinus in Prolegomenis ad eundem auctorem, cuius haec sunt verba: διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥήσει· — εὕροι γοῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι στίχον ἡρωϊκὸν κεκρυμμένον, ὃς ἠδυνήθη λαθεῖν διὰ τὸ πεζὴν οὖσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοήν. φησὶ γοῦν·

Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
Ἦλθε Φίλιππος.

στίχος ἐστὶν ἡρῷος. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωνικὸν [ἀπὸ μείζονος], ὅταν λέγῃ·

Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν.

Similiter in Philipp. I. p. 42, 1. observant esse purum hexametrum,

καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες.

In Aristocratea p. 664, 18. sqq. una periodus duos istiusmodi versus complectitur, scilicet: ἔστι γὰρ φίλων ἀγαθῶν οὐ τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι

τοῖς εὔνοις, ἐξ ὧν κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἔσται τις βλάβη, ἀλλ' ὃ μὲν ἂν μέλλῃ συνοίσειν

ἀμφοῖν, συμπράττειν, ὃ δ' ἂν αὐτὸς ἄμεινον ἐκείνου προορᾷ, πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι. In eadem porro Oratione plures insunt. Ita p. 625, 1.

ὑμᾶς καὶ μόνον ἀνθρώπων ἂν ἔφη Χαρίδημον.

et p. 636, 4.

ἁπλῶς ἄν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον ἀγέσθω.

Adde p. 644, 6. 658, 6. 665. pen. 668, 3. Haec autem leviuscula. Ego tamen arbitror, vix esse Demosthenis, ut ad sensum non maximi ponderis expromendum neque insigni aliqua gravitate aut auctoritate nobilitatum, qualemque vel ex plebecula aliquando concipere solent, verba mutuo sumeret e scena et numerosos iambos pedestri suae orationi temere immisceret. Non ita solens est. TAYLOR. Demosthenes p. 364, 25. οὐδ' ἄλλους πολλοὺς, ἀλλ' ὅτι συμφέρον ἦν. Ibid. 27. ἢ ἄλλου τινὸς ἀνθρώπων μετὰ τοὺς παρὰ τούτου. p. 365, 11. οἱ Φωκεῖς αὐτοὺς ὑποποιήσωνται· ἐπειδὴ δ' ἧκεν εἰς Πύλας, οἱ Λακεδαιμόνιοι. p. 419, 16. βουλομένους εἰπεῖν διεκώλυσεν, οὐκ ἀναμνησθείς. p. 312, 10. τῆς ἀγαθῆς καὶ μεγάλης. καὶ πῶς ἔνι τοῦτο γενέσθαι; Cicero Bruto c. 8.: *Primus intellexit* [Isocrates] *etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari.* V. Corrad. ad locum. Cicero III. de Orat. Idem Orat. Quintil. IX. 4. et ult. Fortunat. l. 3. V. Not. ad Cornel. Nep. praefat. Barth. Adversar. LIV. 22. Climax Rhomnus. Aquila Rhetor. Dionys. Halic. π. συνθέσεως saepe. Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεύς. Plutarch. in Vita. Demosthenes pro Cor. p. 316, 6. Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν. IDEM *in Schedis.* *) V. Porsoni Miscellan. p. 369. SCHAEFER.

P. 1345. v. 8. οὔτε ἔργῳ οὔτε λόγῳ] οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ Bekker. Qui verborum ordo in hac affinibusque locutionibus solennis est. SCHAEFER.

P. 1345. v. 12. περί τε τῆς πατρίδος] Scilicet ὅπως μὴ ἐκπέσωμεν αὐτῆς. REISK.

P. 1345. v. 13. καὶ περὶ ἀτιμίας] Scilicet ὅπως μὴ περιπέσωμεν αὐτῇ. REISK.

P. 1345. v. 13. ἀτιμίας] ἐπιτιμίας Bodlei. Lambin. TAYLOR. ἐπιτιμίας index Lambini. REISK. Est haec παραδιόρθωσις non videntium aliter intelligi oportere περὶ τῆς πατρίδος, aliter περὶ ἀτιμίας. Quod discrimen Reiskius scite indicavit. V. not. ad p. 849, 21. Bekkerus: „τῆς ἀτιμίας r." Placet ob antecedens τῆς πατρίδος. SCHAEFER.

---

*) Conf. Santenius ad Terentian. Maur. p. 277. s. 302. s. SCHAEFER.

P. 1345. v. 13. τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων] [τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων.] Haec in aliis exemplaribus aliter scribuntur. Legerem lubens: ψηφισαμένου γὰρ [τοῦ] δήμου, Ἀθηναῖον εἶναι Πασίωνα: TAYLOR. Vulg. τ. δ. τῶν Ἀθηναίων. τ. δ. τοῦ Ἀθηναίων Bavaricus et margo Lutetianae. In aliis ista duo vocabula non legi annotavit Taylorus*). REISK. Vulgatam contra Taylorum tuetur quod legimus p. 1346, 23. Ceterum v. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1048. b. SCHAEFER.

P. 1345. v. 15. Ἀθηναῖον] Abest a Paulina. REISK.

P. 1345. v. 16. ὁ πατὴρ] Scilicet ὁ ἐμός. Qui fuit Dinias. REISK. Vide mihi ut Reiskius annotata sua festinaverit. Quod enim vult subaudiri ὁ ἐμὸς ab ipso Oratore additum statim sequitur. Sed etiam alibi sic properavit. V. not. ad p. 982, 25. SCHAEFER.

P. 1345. v. 22. ὄντας] Malim τοὺς ὄντας. REISK. Ego non item. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1345. v. 22. καὶ κοινωνεῖν] F. addendum χρῆναι. WOLF. Non defectu locus laborat, sed vitiose superest copula, quam deleri oportet. Bekkerus: „καὶ ante κοινωνεῖν om. Y. O. r. v.“ SCHAEFER.

P. 1346. v. 2. ἀδελφιδῆν] ἀδελφὴν Bavaricus. REISK.

P. 1346. v. 3. Ἀπολλόδωρος] ὁ Ἀπολλόδωρος margo Lutetianae. REISK.

P. 1346. v. 3. δοκιμασθεὶς—καὶ ὀμόσας] Cohaerent hi nominativi cum ἔγραψε v. 15. REISK.

P. 1346. v. 5. τῇ πόλει καιροῦ] καιροῦ τῇ πόλει Bekker. SCHAEFER.

P. 1346. v. 6. ἢ κρατήσασιν] [κρατήσασιν.] Recte Codd. Venet. Barocc. et Ital. ἢ κρατήσασιν. TAYLOR. Vulg. κρατήσασιν. ἢ κρατήσασιν Bavaricus. Disiunctivam addidi. REISK.

P. 1346. v. 8. προεμένοις] [προεμένους.] Lambinus et Bodlei. multo satius προεμένοις. TAYLOR. Lege προεμένοις. IURIN. Vulg. προεμένους. προεμένοις editio Wolfii, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1346. v. 11. ἀπίστους] Magis attice puto ἀπίστοις. IURIN. Potuit Orator sic scribere: noluit, opinor, ne duo dativi concurrerent. SCHAEFER.

P. 1346. v. 13. εἰς Ὄλυνθον] Ὄλυνθον Bekker. SCHAEFER.

P. 1346. v. 16. λέγων] Bekkerus: „λέγον Y. O. r.“ Non displicet. SCHAEFER.

---

*) Taylori annotationem aliud agens inspexit. SCHAEFER.

P. 1346. v. 16. διαχειροτονῆσαι] Consule Valesium ad Harpocrat. p. 45. TAYLOR.

P. 1346. v. 17. τῆς διοικήσεως] Male Wolfius *vectigalium*. Dixi satis ad Timocrateam p. 708, 23. Hanc autem historiam Apollodori tangit Ulpianus ad I. Olynth.: ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ δημόσια θεωρικὰ ἐποίησεν ἐξ ἀρχῆς Περικλῆς —. εἶτα ἐπιχειρήσαντος Ἀπολλοδώρου τινὸς πάλιν αὐτὰ ποιήσειν στρατιωτικὰ, βουλόμενος Εὔβουλος ὁ πολιτευόμενος δημαγωγὸς ὢν πλείονα εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τοῦ δήμου πρὸς ἑαυτὸν ἔγραψε νόμον τὸν κελεύοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, εἴ τις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. TAYLOR. τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως, *der Ueberschuss von den Staatsausgaben*. SCHAEFER.

P. 1346. v. 22. βούληται] Bekkerus: „βούλωνται Q. βούλωνται S." βούλωνται Dindorf. SCHAEFER.

P. 1346. v. 22. συμβουλεύσειν] Vulg. βουλεύσειν. Malim συμβουλεύσειν. Et sic dedi de meo. REISK. βουλεύσειν Bekker. Quod mutari non debuit. In formula iurisiurandi videntur haec verba fuisse: καὶ βουλεύσω τὰ βέλτιστα —. SCHAEFER.

P. 1346. v. 23. τῶν Ἀθηναίων] Recte τῷ Ἀθηναίων Bekker. V. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1048. b. SCHAEFER.

P. 1346. v. 23. Ἀθηναίων] Post h. v. videtur ἐποίησεν aut tale quid deesse. *ut iurato confirmavit, se optima consilia reip. daturum, ita re quoque verbis suis fidem fecit.* REISK. Nihil deest. *senatusconsultum tulit ad populum* —, *et quod leges iuberent* —, *et quod censeret* —, *et quod iurasset* —. *Atque rem ita se habere vos omnes illo tempore testati estis.* SCHAEFER.

P. 1346. v. 26. οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν —] In quibusdam exemplaribus ita olim inemendate legebatur: γενομένης γὰρ τῆς διαχειροτονίας, οὐδεὶς ἀντέχει, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι κ. τ. λ. Ubi pro ἀντέχει Wolfius coniecit ἀντέλεγεν, Lambinus ἀπεχειροτόνησεν. In quibusdam Codd. ἀντεπεχειροτόνησεν. TAYLOR. Vulg. οὐδεὶς ἀντέχει, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι κ. τ. λ. οὐδεὶς ἀπεχειροτόνησεν, ὡς οὐ δεῖ τοῖς χρήμασι τούτοις στρατιωτικοῖς χρῆσθαι, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ἄν που λόγος κ. τ. λ. Felicianea et ex ea Paulina. Quae parumper immutata retulit illinc margo Lutetianae *). Wolfius lectionem huius marginis adeo probavit, ut editioni suae quoque inferret. Mihi nihil mutandum videtur praeter ἀντέχει, pro quo suspicor aut ἀντέλεγεν aut ἀντεῖπεν esse legendum. Colligas ferme ex h. l. orationem περὶ συντάξεως, quae suadet pecunias theatrales in milites erogari, non ab ipso Demosthene, sed ab hoc Apollo-

*) Habet haec: διαχειροτονίας γὰρ γενομένης οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν, ὡς οὐ δεῖ τοῖς χρήμασι τούτοις στρατιωτικοῖς χρῆσθαι, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ἐάν που λόγος γένηται, παρὰ π. SCHAEFER.

P. 1371. v. 18. ἐν κανοῖς] *apud* vel *ante canistra*. κανᾶ sunt illae scaphae, in quibus erat mola salsa, quae capiti victimae inspergebatur, una cum cultro. REISK. Malim vertere *canistra gestantes:* ut sit i. q. κανηφορούσας. Xenophon Cyrop. II. 3. 14. ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἠναγκαζόμεθα. SCHAEFER.

P. 1371. v. 19. τῶν λεγομένων] Malim τῶν γιγνομένων. *eorum, quae inter ista sacra fiant.* REISK. Atqui nihil τῶν γιγνομένων commemoratur. τὰ λεγόμενα sunt τὰ νομιζόμενα πάτρια, quorum mentio fit in formula iurisiurandi. V. v. 27. SCHAEFER.

P. 1371. v. 23. ἀπὸ] F. ἀπό τε. SCHAEFER.

P. 1371. v. 24. Θεόγνια] Θεοίνια o. fere l. a. Venet. Barocc. Obsop. Ital. MSS. Hervag. Felic. Manut. cum margine Lutetiano. Similiter Harpocratio v. Θεοίνιον: — τὰ κατὰ δήμους Διονύσια Θεοίνια ἐλέγετο, ἐν οἷς οἱ γεννηταὶ ἐπέθυον· τὸν γὰρ Διόνυσον Θέοινον ἔλεγον, ὡς δηλοῖ Αἰσχύλος κ. τ. λ. Ita etiam iamdudum correxit Meursius in Graecia Feriata. TAYLOR. Θεοίνια margo Lutetianae ex indice Paulinae. Θεόγνια est etiam in Bavarico. Sed Θεοίνια contendit legendum esse Taylorus. Non tamen, penes me quidem, caret omni probabilitate vulgata: nam Θεόγνια possunt esse quasi Θεογόνια, *natales dei.* Conf. Ruhnkenius in Auctar. Emendatt. ad Hesych. T. I. p. 999. REISK. Θεοίνια Bekker. V. Photius c. 66. et Anecd. Bekk. p. 264, 6. SCHAEFER.

P. 1371. v. 25. Ἰοβάκχεια]. Alii τὰ βακχεῖα, fortasse melius. TAYLOR. Vulg. ἰοβακχεῖα. ἰοβάκχεια Bavaricus. Et sic dedi. REISK. τὰ ἰοβάκχεια Bekker. Recte: sunt enim duo diversa sacra. SCHAEFER.

P. 1371. v. 27. μὲν — τοίνυν] Adverte particulas, quae fere iunguntur, hîc dirimi voce interserta. SCHAEFER.

P. 1372. v. 1. γεραιρὰς] [γεραίρας.] Aliter hunc locum accipit Wolfius, ut ex eius interpretatione liquet. Pungit enim ad hanc vocem; deinde pergit: καὶ ὅτι οὐδ' αὐταῖς — φέρε δὴ καὶ μαρτυρίαν παράσχωμεν ὑμῖν. Sed non recte accipit. TAYLOR. Interpungo sic: πρὸς ἄλλον οὐδένα. Hic enim videtur finis sententiae, cum ad omnia hucusque dicta pertineat verbum ἀκηκόατε, sequens vero testimonium sit plane diversi argumenti, quod vellem animadvertisset Wolfius. IURIN. Ut interpunctum est in Parisina, ita interpungendum censent Taylorus et Iurinus, contra quam factum est in Wolfiana. REISK.

P. 1372. v. 1. καὶ ὅτι οὐδ' αὐταῖς —] F. καὶ ὅτι οἶδεν, ἃ οὐδ' αὐταῖς —. *et eam scire ea, quae ne ipsis quidem licet illis* —. REISK. Vana coniectura. SCHAEFER.

P. 1372. v. 2. δρώσαις] Vulg. ὁρώσαις. Malim δρώσαις a

δρᾶν. *peragentibus ista sacra foeminis.* Et sic dedi de meo. REISK. δρώσαις Dindorf. Reiskii scriptura non mirer si tibi placeat: nam passim confunduntur δρᾶν et ὁρᾶν. V. Kusterus ad Iamblich. p. 110. edit. Kiessl. Sed ὁρώσαις videndum ne tueatur p. 1373, 27. SCHAEFER.

P. 1372. v. 2. τί ἐστι] τ' ἐστὶ Dindorf. SCHAEFER.

P. 1372. v. 3. παράσχωμαι] Vulg. παράσχωμεν. παράσχωμαι Bavaricus. παράσχημεν Aldina. Correxi παράσχωμαι. V. p. 1364, 1. REISK.

P. 1372. v. 6. ἐπιδείξουσαν] Vulg. ἐπιδείξω. Dedi de meo ἐπιδείξουσαν, ut ad μαρτυρίαν redeat, *testimonium, quod semetipsum demonstret per res gestas ipsas palam factum et publice prostans.* REISK. Recte ἐπιδείξω statimque αὐτὴν (cum leni spiritu) Bekker. Offendit Reiskius ad particulas μὲν et δὲ iungentes participium verbumque finitum. Sed satis usitatum est graecis scriptoribus ἀπὸ μετοχῆς μετέρχεσθαι εἰς ῥῆμα. Rem tetigi ad p. 1302, 13. SCHAEFER.

P. 1372. v. 6. ἀληθῆ] Vulg. οὐκ ἀληθῆ. οὐκ abest ab editt. Paulina et Wolfiana, unde repetiit margo Lutetianae. Delevi negativam. Servari si debet, legendum erit οὐχ ἥκιστα ἀληθῆ. REISK.

P. 1372. v. 8. ἐν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 1372. v. 8. εὐθὺς ἡ βουλὴ —] V. ad hunc locum Corsinus Fast. Attic. T. I. p. 33. ss. REISK.

P. 1372. v. 9. ἄξιά ἐστι] Recte ἀξία ἐστὶ Bekker. Et sic ipse dudum correxeram. SCHAEFER.

P. 1372. v. 10. περὶ] Malim πρὸς. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 1372. v. 12. ἐζημίου] *dictabat mulctam:* quam tamen, ut ex insequentibus constat, damnato postmodum remisit. REISK.

P. 1372. v. 12. ὅσα κυρία ἐστὶν] Scilicet ζημιοῦν. SCHAEFER.

P. 1372. v. 18. τὰ] τὰ secundum abest ab Aldina. REISK.

P. 1372. v. 20. λέγων, ὅτι — ᾔδει — ἐξαπατηθείη — ποιήσαιτο — κηδεύσειεν] Adverte iunctos eadem in periodo nulloque ad sensum discrimine indicativum et optativos. SCHAEFER.

P. 1372. v. 22. αὐτὴν] Vulg. αὐτῆς. αὐτὴν Bavaricus, Aldina, Paulina, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1372. v. 28. ἀποπέμψω ἐκ τῆς οἰκίας] Valckenarius ad Eran. Philon. p. 160.: „Auctor orationis contra Neaeram ἀποπέμπειν et ἐκβάλλειν permutavit: quod enim h. l. τὴν γὰρ ἄνθρωπον ἀποπέμψω ἐκ τῆς οἰκίας, id mox [p. 1373, 10.] dicit τὴν ἄνθρωπον ἐκβάλλει ἐκ τῆς οἰκίας, *eiicit foras*, sive antiqua formula: *iussit eam toro suo divortere sibique res suas habere.*" ἐκβάλλει τὴν ἄνθρωπον p. 1362, 22. Add. p. 1366, 11. 1373, 21. 1374, 16.

ἐκπέμπειν dicitur p. 1364, 3. τὴν ἀπόπεμψιν τῆς ἀνθρώπου p. 1365, 12. SCHAEFER.

P. 1373. v. 1. πιστοὶ] Vulg. ποστοὶ. πιστοὶ Bavaricus, Aldina, Paulina, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1373. v. 11. τόν τε — τουτονὶ ἀπελαύνει *)] Scribendum puto: τόν τε Στέφανον τουτονὶ τὸν ἐξαπατήσαντα αὐτὸν ἀπελαύνει. IURIN. Non opus. Sed delendae subdistinctiones post Στέφανον et αὐτὸν. Ac delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 1373. v. 11. αὐτὸν] αὐτὸν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1373. v. 12. Ἀρεοπαγῖται] Bekkerus: „ἀρεωπαγῖται F." V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 698. SCHAEFER.

P. 1373. v. 17. Ἐρχιέα] ἀρχιερέα Cod. Barocc. et proxime v. 19. Θευγένης ἀρχιερεὺς. Illud tamen nomen populare malim, licet nuper p. 1369, 16. esset Theogenes Κοθωκίδης. TAYLOR. Hanc repugnantiam conciliare se posse negat Reiskius Ind. Histor. p. 599. Bekkerus: „ἀρχιερέα r." Idem ad v. 19.: „ἀρχιερεὺς r." Quae si probes, dissensus, quo gravior cogitari vix possit, prorsus tollitur. Fortasse qui fuerat βασιλεὺς defunctus munere factus est ἀρχιερεύς. **) SCHAEFER.

P. 1373. v. 20. ἐπεὶ δὲ] καὶ ἐπεὶ Dindorf. ex optimo Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 1373. v. 22. παρεδρίας] Sic etiam Bavaricus in texto, sed in margine dat γρ. προεδρίας. REISK.

P. 1373. v. 23. αὐτῷ] αὐτῷ Reisk. SCHAEFER.

P. 1373. v. 24. Λάβε] Λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 1373. v. 27. τῆς πόλεως] Vulg. τῶν τῆς πόλεως. τῶν delevi. REISK.

P. 1373. v. 28. τῶν] τῶν secundum abest a Bavarico. REISK.

P. 1374. v. 1. ἐφ' ᾗ] ἔφη Aldina. REISK.

P. 1374. v. 2. ὡς] εἰς margo Lutetianae e Paulina. REISK. εἰς, ut oportebat, Bekker. Sic statim sequitur εἰς ὃ —. Add. v. 5. et 23. Ut mirer ὡς placere potuisse et Reizio hunc locum citanti ad Viger. p. 567. et Doederleinio Symbol. Philol. Helvet. T. I. p. 316. SCHAEFER.

---

*) Corrige vitium typotheticum. SCHAEFER.

**) Anecd. Bekk. p. 449. extr. Ἀρχιερέων: οὐκ ἀρχιερέα, Πλάτων ἐνδεκάτῳ Νόμων, ὀξεῖαν μέσην συλλαβήν. Scribendum igitur Ἀρχιέρεων. Platonis locus est L. XII. p. 947. HST., ubi articulus delendus ante ἱερέων. Nec dubitem philosopho reddere formam Ionicam. SCHAEFER.

P. 1374. v. 2. εἰς ὃ] Fero, malim tamen εἰς ἃ, *in quae*, fana puta. REISK. Non fana, sed sacra, quae sola dici possunt δημοτελῆ. τὰ ἱερὰ θύεσθαι ὑπὲρ τῆς πόλεως p. 1376, 13. V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 228. SCHAEFER.

P. 1374. v. 4. ἀλλὰ μόναις — εἰς τὰ ἱερὰ] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 29. SCHAEFER.

P. 1374. v. 5. ἐφ' ᾗ ἐὰν] ἐφ' αἷς ἂν margo Benenati. TAYLOR. Pro ἐφ' ᾗ margo Lutetianae dat ἐφ' αἷς: non male id quidem, si codices dent. Bene tamen defendi potest vulgata, si accipias materialiter (verba enim legis ipsa sunt) et subaudiatur πᾶσαν ταύτην. REISK. Cave accipias materialiter. ὃς ἂν ut collectivum habet vim pluralis. ἐφ' ᾗ ἂν Bekker. SCHAEFER.

P. 1374. v. 7. ὑπὸ] Restituo. Praetermisit Wolfius ex incuria. TAYLOR. Anglus de sua editione loquitur. REISK.

P. 1374. v. 7. πλὴν θανάτου] Hunc locum illustrat P. Faber Semestr. L. III. c. 21. p. 334. TAYLOR.

P. 1374. v. 8. ὑπὲρ αὐτῶν] Redit non ad mulieres, sed ad τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν τοιούτων γυναικῶν, ut si qua infamis in templum publicum ingressa fuerit. REISK. Malim referre ad τὰ ἱερά. SCHAEFER.

P. 1374. v. 10. ὑβρισθεῖσαν] [ὑβρισθείσας.] ὑβρισθεῖσαν MSS. Venet. Barocc. TAYLOR. Vulg. ὑβρισθείσας. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1374. v. 11. αὐτὴν] αὐτῶν puto, et referendum ad τἄλλα. IURIN. In Lambini indice est ταύτην. Correxi meo iudicio αὐτάς. Vel potius, servato αὐτὴν, legendum v. 10. ὑβρισθεῖσαν. Et sic dedi de meo. Subauditur τινά. REISK. Iuncta hic sunt quae Reiskius diversis temporibus scripserat. Cave autem subaudias τινά. SCHAEFER.

P. 1374. v. 12., φόβον — ἱκανὸν] Vulg. ἱκανὸν φόβον ταῖς γυναιξὶ —. Adiectivum ἱκανὸν hinc sublatum transtuli pone παρασκευάζων meo arbitratu. REISK. Temere transtulit: scilicet ut iungeret ἱκανὸν διδάσκαλον. Priorem ordinem restituit Bekker. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1374. v. 15. διδάσκαλον] Vulg. διδάσκων. Correxi rursus meo iudicio διδάσκαλον, ut redeat ad φόβον, qui metus appelletur magister τοῦ σωφρονεῖν καὶ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ δικαίως οἰκουρεῖν. REISK. Recte διδάσκων Bekker. Apparet Reiskium male habuisse genitivum τοῦ σωφρονεῖν — οἰκουρεῖν, immemorem illum constructionis pervulgatissimae. V. quae congessi in L. Bosii Ellips. p. 708. SCHAEFER.

P. 1374. v. 15. ἄν τι ἁμάρτῃ] Subaudi γυνή τις. REISK. Verius subaudias ἡ γυνή. SCHAEFER.

P. 1374. v. 18. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 1374. v. 21. ἔλοι] ἕλῃ Bavaricus. REISK. ἕλῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 1374. v. 22. μηδὲ — δημοτελῆ] Citant Anecd. Bekk. p. 140, 2. sic, ut legant εἰς τὰ ἱερὰ ταῦτα. Aberravitne Grammaticus ad v. 29.? Certe librariis hoc accidit Codd. aliquot Bekk. SCHAEFER.

P. 1374. v. 25. εἴσεισι] Vulg. εἴη. εἰσίῃ margo Lutetianae e Paulina. Correxi e Bavarico εἴσεισι. Alias probassem magis εἰσίῃ, aut simpliciter ἐὰν δὲ μὴ, *sin minus*, h. e. sin autem hoc minus fiat, quod hac lege praecipitur, sin autem in hanc legem peccetur. REISK. εἰσίῃ Bekker. Quomodo vel tacentibus libris corrigi oportebat. SCHAEFER.

P. 1374. v. 28. τῶν] τοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 1375. v. 1. κυριώτατος] Forte κύριος. WOLF. Ita Cod. Venetus. TAYLOR. Praestat superlativus ut gravior. SCHAEFER.

P. 1375. v. 5. βούλωνται] Id est βούληται: nam δῆμος est collectivum. Constructio est: καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ πολίτην, ἐάν τινα βούλωνται [scilicet οἱ Ἀθηναῖοι] ποιεῖσθαι πολίτην. *quarum legum e formula* vel *praescripto civem oportet creare, si quem creare velint.* Citat hunc locum Harpocration v. Δημοποίητος. REISK.

P. 1375. v. 5. βούλωνται πολίτην] In margine Lutetianae annotatur, alios addere γενέσθαι post βούλωνται, alios εἶναι post πολίτην: nisi hae sunt merae Lambini coniecturae. REISK.

P. 1375. v. 6. προπεπηλακισμένοι] Vulg. προπηλακισμένοι. προπεπηλακισμένοι Bavaricus, editio Wolfii. Et sic correxi. REISK.

P. 1375. v. 7. οὕτω] ὡς Στέφανος. V. p. 1377. in. SCHAEFER.

P. 1375. v. 7. ὅμως] ὑμεῖς Farrago Wolfii. Quod malim. Si bene habet vulgatum, significat aliquid deesse, e. c. οὓς [scilicet νόμους] ἴστε μὲν καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ἐμοὶ, *quas leges vos quoque nostis perinde atque ego.* REISK. ὅμως et bene habet nec significat locum laborare defectu. Antea universe dixerat Athenienses ius civitatis ita impertire, ut quasdam leges sequantur. Nunc pergit: *Sed praestat de his me legibus singulatim loqui, quo magis intelligatis* etc. SCHAEFER.

P. 1375. v. 7. ἀκούσαντες] Sic et Bavaricus cum superscripta variante ἀκούοντες. REISK. ἀκούοντες Bekker. SCHAEFER.

P. 1375. v. 7. ἀκούσαντες αὐτῶν βελτίους ἔσεσθε] V. mea in H. Stephani Thes. c. 2662. s. SCHAEFER.

P. 1375. v. 8. τὰ κάλλιστα] Vulg. κάλλιστα. τὰ κάλλιστα Bavaricus. Articulum addidi. REISK.

P. 1375. v. 8. τὰ σεμνότατα] Rursus hic delendus videtur articulus. Conf. v. 3. SCHAEFER.

P. 1375. v. 11. εἰσί] εἰσίν Bekker. SCHAEFER.

P. 1375. v. 11. τῷ δήμῳ] Absunt a Venet. Barocc. Quod nollem. Adiecta sunt enim significanter, ut satis ostendit Petitus LL. Attic. pag. 206. edit. nov. Caeterum de hoc membro orationis intelligendus est iste titulus in Harpocratione: Δημοποίητος. ὁ ξένος μὲν ὢν τῇ φύσει, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου πολίτης γεγενημένος. ὃν δὲ τρόπον γίνονταί τινες δημοποίητοι, δεδήλωκε Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, εἰ γνήσιος. TAYLOR. τὸ δήλῳ Paulina. REISK.

P. 1375. v. 13. τὸν Ἀθηναίων] Vulg. τῶν Ἀθηναίων. τὸν Ἀ. margo Lutetianae. Et hoc dedi: nam sic amat Demosthenes loqui. REISK.

P. 1375. v. 13. ἔπειτ'] Vulg. ἐπεὶ. ἔπειτ' Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1375. v. 13. ἔπειτ', ἐπειδὰν] Sonus harum vocum continuo pronuntiandarum (neque enim debebam dirimere interpungendo) fortasse offendat aures delicatas molliorum. Sed conf. quae congessit diligentissimus Krügerus Commentatt. post Dionysii Halic. Historiographica p. 376. SCHAEFER.

P. 1375. v. 14. ὁ δῆμος] Hic loci est heliaea populum repraesentans. REISK.

P. 1375. v. 14. τὴν] τῶν Paulina. REISK.

P. 1375. v. 16. ὑπερεξακισχίλιοι] Malim ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι. Sic usurpata haec praepositio adverbii vice fungitur. Diodorus Sic. T. II. p. 528. edit. Wessel. ὑπὲρ χιλίων. ἑξακισχιλίων numerus pluribus in negotiis ad ferenda suffragia requirebatur. V. p. 715, 3. et Plutarchus V. Aristid. c. 7. SCHAEFER.

P. 1375. v. 16. ψηφίσωνται] ψηφίσονται Paulina. REISK.

P. 1375. v. 20. τὰ γέῤῥα ἀναίρειν] [τὰ γέρα ἀναιρεῖν.] Suidas: ἀμοιβάς, ἀνταποδόσεις, τιμάς. Sed utrum πρὶν τοὺς ξένους τὰ γέρα ἀναιρεῖν, an τοὺς πρυτάνεις τὰ γέρα ἀναιρεῖν? Et quae sunt illa γέρα? WOLF. De hoc loco disputant Petitus ad LL. Attic. pag. 206. seq. Ubbo Emmius in Appendice de Rep. Attica T. IV. Antiqu. Graec. col. 607. Valesius ad Harpocrat. in v. Γέῤῥα, Sigonius de Rep. Athen. II. 4. H. Stephanus Thes. L. Gr. Append. col. 676. Quorum pro se sibi sapit Petitus, dum somniat somnium huiuscemodi, nimirum illos, qui civium numero adscriberentur, clypeos populo dono dare solitos, γέῤῥον autem Persici clypei genus: deinde loci sententiam fere esse eiusmodi: *populum prius in suffragia mitti oportere, quam hospites, quorum res agebatur, advenirent et γέῤῥα, id est, munera sua, afferrent, quibus populum demererentur.* Ideo autem ait ea voce usum auctorem, qua clypei Persici vocitari solebant, quia lata esset ea lex non ita multo post victos Persas ad Plataeas; nullo autem potiori argumento suam ἀνδραγαθίαν hospites ostentare poterant, quam ἀναιροῦντες τὰ γέῤῥα, id est, offerentes P. A. clypeos Per-

sicos, quasi illos Persis, infensissimis Atheniensium hostibus, eripuissent: caetera, quae nives nostras Caledonias frigiditate ipsa superant. γέῤῥα (ita enim scribe, non γέρα, *praemia*) sunt in potiori et principali significatu clypei viminei, quibus corpora militantium obtegerentur contra vim hostium; deinde περιφράγματα, tegumenta quaevis, ad rem quamcunque contegendam et cooperiendam apta. Ideoque si tentoria corio, pellibus aut tegete, plaustrum cratibus stragulisve obducas, id γέῤῥον rite exponere possis, ut recte Harpocratio in v. Γέῤῥα: ἅπαν σκέπασμα, εἴτε δερμάτινον εἴη, εἴτε ἄλλης τινὸς ὕλης. Exemplo uno et altero res erit luculentior. Comicus lentitudinem popularium exprobrans ait Acharn. 19.

> Ὡς νῦν, ὁπότ' οὔσης κυρίας ἐκκλησίας
> Ἑωθινῆς ἔρημος ἡ πνὺξ αὑτηΐ·
> Οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι κἄνω καὶ κάτω
> Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

Ad quae verba Scholiastes: Ὑπὲρ τοῦ ἐξ ἀνάγκης αὐτοὺς εἰς τὰς ἐκκλησίας συνιέναι τοῦτο ἐμηχανῶντο καὶ πολλὰ ἄλλα. ἀνεπετάννυσαν γὰρ τὰ γέῤῥα καὶ ἀπέκλειον τὰς ὁδοὺς τὰς μὴ φερούσας εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ τὰ ὤνια ἀνῄρουν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ὅπως μὴ περὶ ταῦτα διατρίβοιεν· ἔτι μὴν καὶ μεμιλτωμένῳ σχοινίῳ περιβάλλοντες αὐτοὺς συνήλαυνον εἰς τὰς ἐκκλησίας. τοῦτο δὲ ἐποίουν ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδῦναι· ὅσοι γὰρ ἐχρίοντο, ζημίαν ἐξέτινον. Liquere hinc arbitror posse, res venales in foro sub tentoriis prostituisse et, cum seria res agebatur, sublata ea integumenta, quibus cooperiebantur, aut saltem alia aliunde adhibita ad viarum aditus obstruendos, ne elaberetur populus. Iterum: adlato Athenas nuncio de Philippo Elateam occupante et quaestione de aris focisque iamiam habenda, εὐθὺς ἐξαναστάντες — τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν (ait Orator de Corona p. 284, 24.) τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον καὶ τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν, ne quis scilicet in mora esset, cum populus de salute consuleret, verum unusquisque patriae periclitanti opem ferret. Post haec fortasse aequius accipiet lector meus, quae Harpocratio non inscite de his locis Demosthenis observavit: Γέῤῥα· Δημ. — τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν. νῦν γοῦν τὰ τῶν σκηνῶν σκεπάσματα καὶ παρακαλύμματα ἐμπίπρασθαί φησιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τοῦ μὴ συνεστάναι περὶ τὰ ὤνια ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μηδὲ πρὸς ἄλλοις τισὶ τὰς διατριβὰς ἔχειν. ἐν δὲ τῷ κατὰ Νεαίρας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, φησὶν οὕτω· τοὺς δὲ πρυτάνεις κελεύει τιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος καὶ τὴν ψῆφον διδόναι προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι καὶ τὰ γέῤῥα ἀναιρεῖν. ἤτοι οὖν ταυτὸν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ἤ τοιοῦτό τι ὑποληπτέον, ὡς παρὰ τοῖς ἐκκλησιάζουσι πολίταις ἡ ψῆφος ὑπὸ τῶν πρυτάνεων ἐδίδοτο, πρὶν εἰσιέναι τοὺς ξένους καὶ πρὶν ἀναιρεθῆναι τὰ περιφράγματα, τουτέστι, πρὶν ἀναπετασθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, παντὶ τῷ εἰπεῖν βουλομένῳ. Sit ita igitur: aut suffragia erant capienda, frequenti adhuc concione, priusquam aulaea tollerentur et populo domui-

tionis venia facta esset. Unde non admodum absimile esset istud Horatianum A. P. 154.:

Si fautoris eges aulaea manentis *et usque*
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat.

Adducam alia, unde haec notio *τῶν γέῤῥων* stabiliri possit et in perpetuum confirmari. *Γέῤῥον τετράγωνον σκέπασμα ἐκ στερεᾶς βύρσης, ᾧ ἀντὶ ἀσπίδος ἐχρῶντο Σκύθαι ἐν τοῖς πολέμοις ἐσκεπασμένοι. φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων σημαινομένων παρὰ τοῖς παλαιοῖς. παρ' Ἐπιχάρμῳ μὲν γὰρ γεῤῥαιναξία, καὶ εἴρηται ἐπὶ τῶν αἰδοίων. Ἀλκμὰν δὲ ἐπὶ τῶν οἰστῶν τέθεικε τὴν λέξιν. Δημοσθένης δὲ ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν περιφραγμάτων. — σκηνώματά ἐστιν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσι.* *) Etymolog. M. v. *Γέῤῥα: Περσικὰ μέν ἐστιν ὅπλα, δερμάτινα κυρίως, καταχρηστικῶς δὲ ἅπαν σκέπασμα, εἴτε δερμάτινον, εἴτε ἐξ ἄλλης τινὸς ὕλης, γέῤῥον ἐλέγετο. — γέῤῥα* (ita enim lege, non *δέῤῥα*) *καὶ αἱ σκηναὶ, ἐν αἷς τὰ ὤνια ἐπιπράσκετο. καὶ τὰ στρωτήρια λέγοιτ' ἂν ὁμοίως, καὶ τὰ τῶν σκηνῶν περιφράγματα. διὸ καὶ Δημοσθένης τὰ τῶν σκηνῶν σκεπάσματα γέῤῥα καλῶν ἐμπιπρᾶσθαι* **) *λέγει. ἐπὶ σταυροῦ δέ φησιν Εὔπολις καὶ Δημοσθένης, τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν. καὶ οἱ τόποι οἱ περιπεφραγμένοι.* Strabo L. VII. p. m. 294. de Cimbris: *ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέῤῥοις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ' ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον.* Adde Eustathium ad Odyss. X. pag. 780. edit. Bas. TAYLOR. Vulg. *τὰ γέρα ἀναιρεῖν.* Mediam vocem correxi *γέῤῥα* cum geminato rho et dedi de meo *ἀναίρειν* barytone, a verbo non contracto *αἴρω, tollo. in altum attollere,* h. e. *exstruere, tabernas.* Solebant nundinatores scrutorum Athenis in foro rerum venalium tabernas e cratibus compactiles quotidie construendas et rursus demoliendas atque asportandas exstruere, sub quibus sedentes tuti

---

*) De hoc Grammatici ab Anglo non nominati loco meus mecum Dindorfius haec communicavit: „Der Taylorsche Anonymus ist der Scholiast zu Lucians Anachars. c. 32. Das aus Epicharm angeführte *γεῤῥαιναξία* ist in *γέῤῥα Νάξια* zu ändern; denn *ἐν τῇ Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ἦν ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο*, wie Zenobius Proverb. p. 266. und andere Grammatiker berichten. Ob es mit dem aus Alcman angeführten Gebrauche *ἐπὶ τῶν οἰστῶν* seine Richtigkeit hat, kann ich nicht entscheiden. Vergleicht man was Pausanias bei Eustath. p. 1923, 68. über die Bedeutung des Wortes bemerkt, so wird es wahrscheinlich dass *ἐπὶ τῶν ἱστῶν* zu lesen sey." Conf. quae e Codice Parisino Lexici Lucianei inediti evulgavit Osannus Auctar. Lexic. Graecor. p. 46. s., qui monstruosissimam vocem *γεῤῥαινεξία* (sic enim ille Codex) tam bene graecam habuit, ut insignitam asterisco nobis commendaret. Sed ab hoc monstro, ut a plurimis aliis, quae Osanno imposuisse festinanti dolemus, Lexicographi asteriscos flocci aestimantes diligenter cavebunt. De Alcmanico illo Dindorfius postea mihi coram dixit inclinare se huc, ut *οἰστῶν* non tentandum censeat. Recte. V. Osannus l. c. p. 47. a. SCHAEFER.

**) Praestat *ἐμπίπρασθαι.* SCHAEFER.

ab imbribus merces suas venderent. Has tabernas Graeci γέῤῥα appellabant, nos *Buden* appellamus. Citat hunc locum Harpocration h. v. REISK. Recte ἀναιρεῖν Bekker. Auferebantur τὰ γέῤῥα, quo plures possent interesse concioni. SCHAEFER.

P. 1375. v. 21. σκοπῆται] Ita ex Venet. Barocc. et edit. Lutet. pro σκοπεῖται. TAYLOR. σκοπεῖται Aldina, Paulina, Wolfiana. REISK.

P. 1375. v. 26. γέγονε] γέγονεν Bekker. SCHAEFER.

P. 1376. v. 2. εἰληφότα] εἰληχότα Bavaricus. REISK.

P. 1376. v. 4. [πολλοὺς καὶ]] Uncis inclusi haec vocabula, quae mihi videntur e varia lectione, sed ea vitiosa, irrepsisse. REISK. Uncos bene amovit Bekker. Multa et antiqua huius rei exempla commemorare Orator operosum dicit. Quapropter satis habet duorum eorumque recentioris aetatis mentionem facere. SCHAEFER.

P. 1376. v. 6. δήμου] νόμου Bavaricus. REISK.

P. 1376. v. 6. ἀφείλετο τὸ δικαστήριον] ἀφείλετο εἰς δικαστήριον Bavaricus. ἀφείλετο εἰς τὸ δικαστήριον Aldina. REISK.

P. 1376. v. 7. ὥστε ἀγνοεῖν ὑμᾶς] Potuisset quoque ὥστε οὐκ *) ἀγνοεῖν ὑμᾶς. Utrumque pariter bene, sed diversa ratione. Vulgata hoc dicit: *exempla haec ita vetusta non sunt, ut necesse sit ea a vobis ignorari.* Addita autem negativa haec exsistit sententia: *exempla haec vetusta non sunt, quo fit, ut vos ea nequeatis ignorare.* REISK.

P. 1376. v. 10. ἕτερός τις — κείμενος] ἕτερός ἐστιν ἐφ' — νόμος κείμενος Bekker. SCHAEFER.

P. 1376. v. 11. ἐστὶ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 1376. v. 15. ὁ δῆμος ποιήσηται] ποιήσηται ὁ δῆμος Bekker. SCHAEFER.

P. 1376. v. 22. βούλομαι δ' ὑμῖν —] *Volo autem altius repetens vobis antea narrare, ut lex lata sit* —. Intelligenda lex Hippocratis, de qua v. p. 1381, 3. sqq. SCHAEFER.

P. 1376. v. 23. καὶ πρὸς οὓς — γεγονότας] Idem est ac si dixisset: καὶ ὡς ἀγαθοὶ ἄνδρες — ἐγένοντο οὗτοι, πρὸς οὓς διωρίσθη. *et quam fortes viri — fuerint hi, quorum in gratiam peculiariter haec lex sancita est.* REISK.

P. 1376. v. 27. ὅσων] ὅσον Paulina. REISK.

P. 1376. v. 27. ὑμᾶς] Vulg. ἡμᾶς. ὑμᾶς Bavaricus. REISK.

P. 1377. v. 3. Μαραθῶνάδε] εἰς Μαραθῶνα margo Lutetianae. Sed ea non varians lectio, verum interpretatio videtur esse. REISK.

*) Immo μή. SCHAEFER.

P. 1377. v. 5. Δάτις] Vulg. Δάτης. Δάτις margo Lutetianae. REISK. Recte Δᾶτις Bekker. Quis ignorat τὸ Δάτιδος μέλος in posteriori parte trimetri Aristophanici? SCHAEFER.

P. 1377. v. 6. ἐφ'] ὑφ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1377. v. 6. ἀπέβη] ἀνέβη puto vel ἐπέβη. IURIN. Non opus. *escendit.* SCHAEFER.

P. 1377. v. 6. τὴν χώραν] Subaudi ταύτην τὴν ἀττικήν. REISK.

P. 1377. v. 7. καὶ] καὶ tertium abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK.

P. 1377. v. 8. ἡ] Abest a Bavarico. Mox ibidem est γραφῇ in dativo exaratum. Consentiunt cum Bavarico Aldina et Paulina. REISK.

P. 1377. v. 8. ἡ — γραφή] Puto: ἡ *) ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ γραφή. IURIN. His lubet adiicere Harpocrationis verba: Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λέγων Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ. οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν, ὥσπερ οὐδὲ Κρατερὸς **) ἐν τῇ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῇ. Eadem habet Suidas v. Ὁ κάτωθεν νόμος. Frustra vero fuisse doctissimum istum Criticum contendit Meursius Attic. Lect. I. 26. auctoritate Pausaniae. TAYLOR. Citat hunc locum Harpocration v. Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης, sed reprehendens. REISK. V. Photius c. 237. Quem Lexicographi articulum vulgo pessime confusum primus, ut oportebat, disposuit Porsonus. SCHAEFER.

P. 1377. v. 11. οἱ — ἔχοντες] [οἱ τὰς κύνας τὰς Βοιωτίας ἔχοντες.] Videtur aliquid deesse. WOLF. Wolfius: *canes illi Boeotias habentes.* Rescribendum est κυνᾶς sive κυνέας, *galeas.* Vide Suidam v. Κυνέας. Hoc monstri procurarunt olim Valesius ad Harpocrat. p. 143. P. Leopardus Emend. XVI. 12. et Kusterus ad Suidam v. o. Galea Boeotica memoratur ab antiquorum plerisque. Xenophon Π. ἱππικῆς non procul a fine: κράνος γε μὴν κράτιστον εἶναι νομίζομεν τὸ βοιωτιουργές· τοῦτο γὰρ αὖ στεγάζει μάλιστα πάντα τὰ ὑπερέχοντα τοῦ θώρακος, ὁρᾶν δὲ οὐ κωλύει. Theophrastus Hist. Plant. III. 10.: ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι κυκλοειδῆ καὶ παροίμιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. Aelianus V. H. III. 24.: λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα Ἀττικόν, τὸ δὲ κράνος βοιωτιουργές. Pollux L. I. C. X.: εὐδόκιμα δὲ θώραξ ἀττικουργής, κράνος βοιωτιουργές. TAYLOR. Vulg. κύνας. Correxi κυνᾶς, id est κυνέας. Haec sunt tegmina capitum pelliçea sic dicta, quod primitus fierent e canum pellibus. *Mützen*

---

*) Scilicet etiam Wolfiana, qua usus est Iurinus, caret articulo. SCHAEFER.

**) Malis Κράτερος. Quanquam ubique, quod meminerim, ὀξύνεται. SCHAEFER.

nos appellamus. Medio aevo *camelaucia* appellabant, quod vocabulum est e latino *capillicia* detortum. REISK. Citat hunc locum Photius c. 137. passus vitium, cuius origo est manifestissima. SCHAEFER.

P. 1377. v. 12. οὐκ ἐτόλμησαν] *non sustinuerunt*. SCHAEFER.

P. 1377. v. 13. ἡμετέρας] Malim ὑμετέρας. Et sic quoque v. 17. Non enim decet novitium civem Atheniensem tam arroganter ad iudices loqui. REISK. Assentior. SCHAEFER.

P. 1377. v. 13. μόνοι τῶν ἄλλων Βοιωτῶν] χωρὶς τῶν ἄλλων Βοιωτῶν. SCHAEFER.

P. 1377. v. 16. ἐπιόντι] Abest ab Aldina et Bavarico, sed in huius margine scriptum est cum γρ. REISK.

P. 1377. v. 17. ἡμετέρας] Immo ὑμετέρας. Conf. v. 18. 21. Idem Reiskio placuit. V. not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 1377. v. 18. ὑμῖν] ἡμῖν margo Lutetianae. REISK.

P. 1377. v. 20. ἐν] Bekkerus: „ἐν om. r.“ Expunxit Dindorf. SCHAEFER.

P. 1377. v. 20. ἐν Σαλαμῖνι] Atqui Herodotus VIII. 44.: ἐν Σαλαμῖνι — οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι. Ut Orator μνημονικὸν ἁμάρτημα ἁμαρτεῖν videatur Amersfoordtio ad p. 186, 5. Sed fieri potuit, ut Plataeensium pars apud Athenienses maneret: scilicet οἱ οὐκ ἀποβάντες πρὸς ἐκκομιδὴν τῶν οἰκετῶν, ut quibus carerent. SCHAEFER.

P. 1377. v. 20. τελευταίαν] Post h. v. malim δὲ addi. REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 1377. v. 20. Πλαταιᾶσι] [Πλαταιέσι.] Forte Πλαταιεῖς, nisi legendum sit Πλαταιᾶσι, ut Θεσπιᾶσι et Ὀλυμπιᾶσι, aut Πλαταιεῦσι. Paulo post p. 1378, 3. iterum legitur τὴν ἐν Πλαταιέσι μάχην, cum Πλαταιεῦσι postulet ἀναλογία, si sit dativus, ut ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ Ἑλλάδι. Historiam vide II. Thucydid. WOLF. Πλατιᾶσι Barocc. TAYLOR. Vulg. Πλαταιέσι. Πλαταιᾶσι Bavaricus, sed super diphthongo simplex ε est exaratum, ac si usquam legatur Πλατεᾶσι. Ad p. 1378, 3. haec eadem transferenda sunt. REISK.

P. 1377. v. 24. ἐνεχείρει] ἐνεχείρησεν Venet. margo Benenati. TAYLOR.

P. 1377. v. 25. ἠγάπα, ὅτι] Codd. nonnulli, ut Barocc. Obsop. MSS. Hervag., ἠγ᾽ ἁπλότητι. Venet. ἠγαλότητι. TAYLOR. Quod semel hic monuisse sufficiat, quos saepe crepat Taylorus manuscriptos Hervag., nulla est eorum propria auctoritas. Quos enim ille sic appellat, mera est compilatio e libro Obsop. et aliis editis. Quare satius erat ab eorum, qui nulli sunt, auctoritate allegandа abstinere. REISK.

P. 1377. v. 25. μόνον] μόνοι Paulina. REISK. Recte μόνοι Bekker. SCHAEFER.

P. 1377. v. 26. καὶ] Videtur delendum. REISK. Fallitur: nam haec quoque pendent a particula ὅτι. SCHAEFER.

P. 1377. v. 28. φθονηθῶσιν] pro φθονηθῇ. Praecessit enim ἡ πόλις ἡγεῖτο. Verum quia ἡ πόλις h. l. cives Athenienses significat, ideo pluralem hic usurpat. REISK.

P. 1378. v. 3. Πλαταιᾶσι] [Πλαταιέσι.] Venet. Barocc. Πλαταιᾶσι. Vide p. 1377, 20. infra p. 1379, 15. TAYLOR. Vulg. ἐν Πλαταιέσι. Correxi Πλαταιᾶσι et ἐν mea sponte delevi. REISK. V. not. ad p. 1377, 20. SCHAEFER.

P. 1378. v. 3. ἐν] Omisit Dindorf. SCHAEFER.

P. 1378. v. 5. ναυμαχήσαντες] Malim συνναυμαχήσαντες. REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 1378. v. 7. Ἑλλήνων ἀρχηγὸς — ἀνέθηκε τόδε.] Thucydides I. §. 132. Plutarchus de Herodoti malign. iuxta finem et Suidas v. Παυσανίας eadem habent. Confer eruditissimum Wesselingium ad Diodor. Sic. L. XI. §. 33. Porro Cornelius Nepos in Pausania eandem historiam narrat: *Primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo haec erat sententia:* SUO DUCTU BARBAROS APUD PLATAEAS ESSE DELETOS EIUSQUE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONUM DEDISSE. *Hos versus Lacedaemonii exsculpserunt, neque aliud scripserunt quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi.* TAYLOR. V. Iacobsius ad Antholog. Palat. p. 168. SCHAEFER.

P. 1378. v. 9. αὐτοῦ] Sic etiam Bavaricus, sed cum ῶν super ου scripto. REISK. αὑτοῦ Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1378. v. 9. τοῦ τε ἔργου] Vulg. τοῦ ἔργου. Dedi de meo τοῦ τε ἔργου. Significatur victoria de Persis reportata. Et sic quoque v. 14. REISK. Particulam, quam nemo requirat, expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1378. v. 10. συμμάχων·] συμμάχων. Bekker. Quam interpunctionem si probas, periodus haec, quae p. 1377, 23. exorsa a verbis ἐπεὶ δὲ Παυσανίας — per ambages porrigitur tortuosius, apodosi caret. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1378. v. 10. [δὲ]] Uncos amovit Bekker. Nec causae quidquam habuit Reiskius cur particulam deletam mallet. V. Wolfiana ad Xenophont. Hellen. I. 3. 20. p. 115. SCHAEFER.

P. 1378. v. 13. ἐκκόψαντας] Lege ἐκκολάψαντας, monente margine Benenati et Bodlei. Ita quoque scribunt auctores, quos proxime super hoc monumento adduxi, Thucydides et Plutarchus. Vide Orat. contra Eubulid. p. 1318. ult. TAYLOR. ἐκκολάψαντας

margo Bavarici cum γρ., nullo ad sententiam discrimine: sed forsitan hoc est exquisitius. REISK.

P. 1378. v. 13. τὰ ἐλεγεῖα] Adverte usum pluralis. Singulari de hoc epigrammate utitur Thucydides I. 132. SCHAEFER.

P. 1378. v. 13. ἐπιγράψαι] ἐγγράψαι margo Bavarici. REISK.

P. 1378. v. 15. καὶ τῶν ἐκ τοῦ γένους] Vulg. καὶ ἐκ τοῦ γένους. Malim καὶ τῶν ἐκ τοῦ γένους. *eorumque, qui regii generis essent Spartae.* Et addidi τῶν de meo. REISK. Recte expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1378. v. 17. χρήσωνται] Sic etiam Bavaricus, sed cum ο super ω. REISK.

P. 1378. v. 18. ὁ Λακεδαιμονίων] Vulg. Λακεδαιμονίων. ὁ Λακεδαιμονίων Bavaricus. Articulum praefixi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 1378. v. 25. ἐξαπίνης] V. Lobeckius ad Phrynich. p. 18. s. Vere autem H. Stephanus ait hoc adverbium praesertim apud poëtas legi. Quod *praesertim* si Lobeckius attendisset, non erat, opinor, viro summo refragaturus. SCHAEFER.

P. 1378. v. 27. καὶ αὐτοὶ] Post haec verba deesse videtur καὶ αἱ γυναῖκες. REISK. Mihi non videtur. *ipsi quoque armati accurrerunt.* αὐτοὶ et Θηβαῖοι inter se opponuntur. SCHAEFER.

P. 1378. v. 27. ἐγίγνετο] ἐγένετο Bekker. SCHAEFER.

P. 1378. v. 28. ἀλλὰ] Post ἀλλὰ aut deest aut subaudiendum est μόνον vel μόνους. REISK. Neutrum probabis. SCHAEFER.

P. 1379. v. 2. μέγας] Vulg. μέγα. μέγας margo Lutetianae e Paulina et margo Bavarici cum γρ. Correxi μέγας. V. Dorvillius ad Chariton. p. 637. [p. 590. med. edit. Lips.]. REISK.

P. 1379. v. 4. οὖν] Rarius sic ab Atticis usurpari ait Fr. A. Wolfius ad Xenophont. Hellen. I. 3. 20. p. 115. Mihi hic particulae usus satis frequenter occurrit. SCHAEFER.

P. 1379. v. 7. προσβοηθῆσαι,] προσβοηθῆσαι, Bekker. SCHAEFER.

P. 1379. v. 11. ἀκούσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι] Perinde ac si ex historico aliquo haec decerpta sint. Alias dicere solet: ἀκούσαντες δ' οἱ πρόγονοι, ἢ, οἱ πατέρες ὑμῶν. Sed quid si legatur οἱ τότ' Ἀθηναῖοι vel οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἀθηναῖοι? WOLF. ἀξιοῦντες pro ἀκούσαντες habent editi a Feliciano et Manutio. Wolfianam lectionem ignorant cuncti. Nec satis video, quid recepta habeant in se difficultatis, ut tantopere aestuaret Wolfius, aut cur in alio loco adnotaret, videri sibi hunc locum mendosum. TAYLOR. Nescio quae is appellet *recepta.* Num ἀκούσαντες δὲ οἱ τότ' Ἀθηναῖοι? Sed ea Wolfii coniectura est. Ceterum οἱ Ἀθηναῖοι personam decebat historici, non oratoris ad Athenienses loquentis. Quare malim οἱ τότε Ἀθηναῖοι. REISK. Quidni ora-

tori, ubi nihil aliud quam narrat, liceat narrare ut solent historici? SCHAEFER.

P. 1379. v. 15. *Πλαταιεῦσιν*] [*Πλαταιέσιν.*] Ita omnes editi. Wolfius dedit *Πλαταιεῦσιν*, quo pacto reperitur in Codd. Venet. et Barocc. TAYLOR. Vulg. *Πλαταιέσιν*. *Πλαταιεῦσιν* editio Wolfii. Et sic correxi. REISK.

P. 1379. v. 17. *ἐν τῇ μάχῃ*] Vulg. *ἐν μάχῃ*. Interserit *τῇ* Aldina. Dedi *ἐν τῇ μάχῃ*. REISK.

P. 1379. v. 17. *ἐν — ἀπέκτειναν*] [*ἐν μάχῃ, ζῶντας ἀπέκτειναν.*] Interpungendum: *ἐν μάχῃ ζῶντας, ἀπέκτειναν.* IURIN.

P. 1379. v. 18. *ἀπροφασίστως*] „indicta h. e. nulla edita causa belli" Ind. Graecitat. p. 82. in. Malim *rectá*, *non amplius oblique*, ut ante fecerant *προφασισάμενοι τὴν τῶν Θηβαίων ἔχθραν*. SCHAEFER.

P. 1379. v. 19. *τὰ δύο μέρη*] *duas partes*. Sed quotas? de tribus? an de quatuor? aut de quot tandem? Incommoda ratio loquendi, nil definiens et dubitationem relinquens. Sed sic solent Graeci: et videor e loco superiori p. 1247, 1., ubi actor, qui reum *ἀπογραφῆς* peregerit, dicitur *τὰ τρία μέρη* proscriptorum rei bonorum accepisse, colligere, semper in talibus totum illi numero, qui indicatus est, proximum designari: ut a binario numerus est proximus ternarius et ternario proximus est quaternarius. Cum ergo *τὰ δύο μέρη* appellantur, subauditur de tribus, et cum *τὰ τρία μέρη*, subauditur de quatuor. REISK.

P. 1379. v. 21. *Μαλιεῦσι*] Varie in exemplaribus nostris exaratur; in nonnullis voces *καὶ Αἰνιάσι* desunt. Certe, si integra sit vulgata lectio, scriptoris istius fidem id merito levare potest, cum harum civitatum alias in fide semper videam perseverasse Atheniensium, alias serius in Lacedaemoniorum amicitiam receptos, quam haec acta sint. TAYLOR.

P. 1379. v. 22. *Αἰνιᾶσι*] *Αἰνιάσι* Reisk. SCHAEFER.

P. 1379. v. 25. *βούλοιντο,*] Hypostigmen delevit Bekker., ut *βούλοιντο* regat infinitivos qui sequuntur. Sic Wolfius: *sciscitabantur, num urbem dedere vellent*, —. Mihi videntur infinitivi pendere ab antecedente *ἐπηγγέλλοντο*. Herodotus IV. 200. *ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν ἐπαγγελλόμενοι ἐκδιδόναι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου* —. Qui locus docet quid *ἐπηγγέλλοντο* significet. SCHAEFER.

P. 1379. v. 25. *τὴν μὲν πόλιν* —] Haec inaccurate et indistincte ab auctore nostro traduntur. Thucydides, unde tota haec de Plataeensibus historia desumitur, ita habet II. 72.: *Ὑμεῖς πόλιν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο, εἴ τι δυνατὸν εἰς ἀριθμὸν ἐλθεῖν· αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε, ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ*

τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην ἐργαζόμενοι καὶ φορὰν φέροντες, ἣ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι. TAYLOR.

P. 1379. v. 25. αὐτοῖς] αὑτοῖς Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1379. v. 25. τὴν δὲ χώραν] [τὴν καὶ χώραν.] τὴν δὲ χώραν. IURIN. τὴν καὶ χώραν editio Wolfii, quod correxit Iurinus. REISK.

P. 1379. v. 28. ἄνευ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 1380. v. 1. δέκα ἔτη] Peccat contra historiam hic numerus. Lege δύο ἔτη ex Thucydide et aliis. PALMER. Similiter quoque Wassaeus ad Thucydid. III. 52. TAYLOR. Imo vero δύο ἔτη, biennium solummodo. Res nota est e Thucydide: et error hic Demosthenis, si eius est et non potius librariorum, iam a viris doctis notatus est. Si Demosthenis haec oratio non est, cui eam magno consensu omnes abiudicant, quamquam nullam plane causam video, cur faciant, (ego equidem nullus dubito eius esse, cuius in operibus circumfertur,) verumtamen si eius non est, possit ex hac tam prolixa de sorte Plataeensium enarratione, tametsi cum causa praesenti vel maxime est coniuncta, Lycurgum videri auctorem prodere, quem digredi in vetustas historias amasse docet eius una adhuc superstes in Leocratem oratio. REISK. Bekkerus: „δύο post Wass. ad Thucyd. 3, 52. Wesseling. ad Diodor. 12, 56.“ SCHAEFER.

P. 1380. v. 5. σφᾶς αὐτοὺς] ἀλλήλους. SCHAEFER.

P. 1380. v. 6. νύκτα] Videtur ἀσέληνον deesse. *noctem illunem.* REISK. Non puto deesse. Tempestuosa enim nox ac pluviosa satis habebat tenebrarum, etiamsi non illunis esset. SCHAEFER.

P. 1380. v. 8. ἀποσφάξαντες τοὺς φύλακας] Sed neque hoc verum est. TAYLOR. Falsum quis dicat? Eruptio talis si accidit (et quis accidisse praefracte neget?), satis probabile est aliquot custodum caesos esse. SCHAEFER.

P. 1380. v. 11. ἁλούσης — κράτος] Neque illud. Thucydides III. 52. Γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος — προσπέμπει αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες — οἱ δὲ (ἦσαν γὰρ ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ) παρέδοσαν τὴν πόλιν. TAYLOR. Ut gravissima sit Historici auctoritas, tamen propterea non ausim Oratorem mendacii arguere. Etiam recentiorum historia temporum urbes memorat vi captas, dum hoc agebatur ut hostibus per pactionem traderentur. SCHAEFER.

P. 1380. v. 13. προαισθόμενοι] αἰσθανόμενοι margo Lutetianae. REISK. Adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 1380. v. 15. τοῖς οὖν — τῷ δήμῳ] Adverte artem Ora-

toris coronae egregie palpantis: sed memento quod hic tribuitur summae in Athenienses benevolentiae rectius tribui posse immortali odio nominis Thebani. SCHAEFER.

P. 1380. v. 20. ὁ νόμος] Forte ὁ τρόπος. WOLF. Vertit Wolfius: *evidens omnibus erit ea ratio.* Potius: *evidens omnibus erit ea lex.* Loquitur nempe de ea lege, quae vetat cives adscititios in collegium novemvirorum cooptari, etc. Vid. pag. 1376, 15. IURIN. Solonis puta de cautionibus et pactis observandis in adoptatione novi civis. Sententia est: Constabit e decreto statim recitando, quod Hippocrate auctore ratum habuistis, quanta vos ipsi religione Solonis illam legem soleatis observare. V. p. 1381, 16. REISK. Non Solonis lex est, sed Hippocratis. V. not. ad p. 1376, 22. Atque si res diligentius expendatur, apparet non legem fuisse, sed psephisma in gratiam solorum Plataeensium perlatum (διωρισμένον πρὸς τοὺς Πλαταιέας), quo callidus Orator tanquam lege in omnes valente utitur, ut gravius premat Stephanum et Neaeram. SCHAEFER.

P. 1380. v. 20. λάβε] λαβὲ Bekker. SCHAEFER.

P. 1380. v. 23. Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους —] V. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. T. I. p. 282. SCHAEFER.

P. 1380. v. 27. πλὴν — ἐκ γένους] Ait Petitus ad LL. Attic. L. II. Tit. III. haec non recte dici, quoniam *ne indigenae quidem cives poterant capi sacerdotes, ubi sacerdotium erat alicuius gentis aut familiae proprium,* ideoque legi debere arbitratur: πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη ἢ τελετή ἐστιν εὐγενῶν, μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων. En hominem neque natum neque factum ad scriptorem antiquum emaculandum! Sed de ista causa satis doctissimus Wesselingius ad locum. TAYLOR.

P. 1380. v. 27. ἐκ γένους] Subaudi τούτων μὴ μετεῖναι αὐτοῖς. REISK.

P. 1380. v. 27. μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων] Subaudi τῆς ἀρχῆς. Sed videtur potius deesse γενέσθαι (v. p. 1376, 16.) aut λαχεῖν (v. p. 1381, 21.). REISK. Non deest: simpliciusque subaudias εἶναι. Tam scabra dictio in formulis legum et phephismatum haud rara est. SCHAEFER.

P. 1380. v. 28. τοὺς] Vulg. τάς. τοὺς Bavaricus, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1380. v. 29. Πλαταιέας] Πλαταιάς margo Lutetianae e Paulina. REISK.

P. 1381. v. 2. εὑρομένῳ] Vulg. εὑρομένου. εὑρομένῳ Bavaricus, Paulina et Wolfiana. Et sic correxi. REISK. Fors. εὑρημένῳ. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 67. Sic quid lucramur? SCHAEFER.

P. 1381. v. 5. ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων] Restitui τοῦ δήμου. Elapsum, credo, id non sciente Wolfio. TAYLOR.

P. 1381. v. 6. τοὺς λαμβάνοντας] Articulum de meo addidi. REISK. Recte delevit Bekker. *cum donum acciperent.* SCHAEFER.

P. 1381. v. 6. δοκιμασθῆναι] Hoc in decreto non est, sive id integrum adscriptum non est, sive Orator oscitantia iudicum abuti voluit. WOLF. Videtur hic locus arguere, p. 1380, 28. post verba τοῖς δ' ἐκ τούτων aliqua desiderari. Nam quae hic ex illo decreto repetuntur, ea ibi non leguntur. REISK. Idem arguunt quae mox sequuntur. De abusu oscitantiae iudicum cogitari nequit. SCHAEFER.

P. 1381. v. 12. πρὸς τῇ θεῷ] παρὰ τῇ θεῷ margo Lutetianae. παρὰ τῷ θεῷ Farrago Wolfiana e Paulina. REISK.

P. 1381. v. 14. εἶα] Vulg. ἐᾷ. Dedi de meo εἶα ob praemissa ἔγραψεν et ἠξίωσε v. 5. et insequens διωρίσατο v. 17. REISK. Non satis gravis haec causa temporis mutandi: revocavitque ἐᾷ Bekker. SCHAEFER.

P. 1381. v. 16. τὸν νόμον — πρὸς αὐτοὺς εὐθέως] statim in ipso iam adhuc illo psephismate accommodavit ad eos (Plataeenses puta) exceptionem et circumscriptionem (vel definitionem) legis a Solone latae, paulo ante commemoratae, de ratione novos cives adoptandi inter cives. disertis verbis etiam in causa Plataeensium iteravit cautionem illam vetustae legis, quae cautio vetat cives factitios ad ullum magistratum sacerdotiumve admitti et liberis eorum solummodo ius honores petendi tribuit. cum Plataeensibus illis in ipso statim suo psephismate sic decidit et pactus est eamque conditionem ab ipsis exegit, ut illa praecipua ne auderent unquam petere. REISK. V. not. ad p. 1380, 20. SCHAEFER.

P. 1381. v. 20. αὐτῶν] Vulg. αὐτῷ. αὐτῶν Bavaricus, editio Wolfii, margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1381. v. 20. τῶν ἐννέα ἀρχόντων λαχεῖν] λαχεῖν — τῶν ἐξιόντων p. 558, 15. „ubi subauditur εἷς" Ind. Graecitat. p. 321. Ne credas. λαγχάνειν est enim de numero verborum participandi, quorum solennis est cum genitivo constructio. Quoque minus credas, attende, quod statim sequitur: μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμιᾶς. SCHAEFER.

P. 1381. v. 22. οὐκοῦν] Malim οὐκ οὖν: ut haec periodus statim ab initio interrogative pronuntietur. SCHAEFER.

P. 1381. v. 23. εἰ] Recte delevit Bekker. V. not. ad v. 25. SCHAEFER.

P. 1381. v. 23. ὁμολογουμένους] [ὁμολογουμένως.] Editi et MSti ὁμολογουμένους. TAYLOR. ὁμολογουμένως edidit Wolfius. τοὺς — ὁμολογουμένους — γεγενημένους idem est ac si dixisset: τοὺς ὁμολογουμένους [vel περὶ ὧν ὁμολογεῖται], ὅτι ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων γεγόνασι. Vide similem constructionem p. 1382, 13, τὴν — ἐγνωσμένην — εἰργασμένην, id est περὶ ἧς πάντες γινώσκουσιν, ὅτι εἰργάσατο γῆς περίοδον. Quam dictionem cur viri docti nodum

in scirpo quaerentes et nescio quae ἀσύστατα comminiscentes reprehendant, non video. REISK. ὁμολογουμένως Bekker. Nollem factum. Idem enim mihi nunc fatendum est, quod de Isaei loco fassus sum ad Porsoni Hecub. p. 31. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 1381. v. 24. καλῶς] H. l. accipio pro σαφῶς. REISK.

P. 1381. v. 25. διωρίσασθε] Vulg. διορίσασθαι. Quod si bene habet, necesse est ut v. 27. legatur ἐᾶσαι *). Sin autem ibi servatur ἐάσετε, necesse est ut h. l. διωρίσασθε legatur. Posterius si probatur, tum semicolon erit post οὐκοῦν δεινόν v. 22. figendum **), et tum nova incipit sententia: *Grave foret: adversus civitatem quidem finitimam, de qua constet inter omnes, eam omnium Graecorum optime de vobis fuisse meritam, curassetis tanta aequitate et prudentia atque circumspectione agi, ut de singulis quibusque definiretur atque exciperetur, quae ipsis concessa aut negata voluissetis; hanc vero sinetis impune civitati vestrae toti illudere foeminam, quae tam palam, tam certe et liquide, ut dubitationi locus nullus supersit, per totam Graeciam quaestum corpore fecerit.* V. ad p. 481, 3. dicta. Dedi de meo δεινὸν, εἰ πρὸς — διωρίσασθε. REISK. Recte διορίσασθαι Bekker. Nec propterea v. 27. ἐάσετε mutandum in ἐᾶσαι. Nempe cum Orator ita usus sit infinitivo, ut nemo non etiam in posteriori membro secuturum exspectet infinitivum, fervore dicendi abreptus repenteque ad iudices conversus indicativo utitur. Qua conversione quam vivida fiat oratio non opus doceri. Sic autem apparet p. 1382, 3. post ἐποιήσατο poni oportere signum interrogandi. Plane eadem figura elocutionis p. 1385, 5. ss. reperitur. SCHAEFER.

P. 1381. v. 26. [καὶ ἀκριβῶς]] Delent Venet. et Barocc., idque recte. Natum est ex simili in linea superiore, quod etiam abest ab eodem Veneto. TAYLOR. Verba καὶ ἀκριβῶς, quae perperam e superiori versu iterata volunt esse ideoque expungi, quapropter etiam ut dubia uncis inclusi, si volumus servari, accipi debent pro *certe, plane, sine controversia*, quasi posita sint pone ἐν ἁπάσῃ. *per totam profecto Graeciam, ut constat, ita ut negari nequeat.* Alias melius conveniret φανερῶς καὶ ἀπαρακαλύπτως. REISK. καὶ ἀκριβῶς recte delèvit Bekker. SCHAEFER.

P. 1382. v. 1. εἶναι] Expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1382. v. 2. ἀστὴν — πολῖτιν] V. not. ad p. 1312, 9. SCHAEFER.

P. 1382. v. 2. πολῖτιν] [πολίτην.] πολῖτιν per ι, foeminino genere. WOLF. Ita editi MStique. TAYLOR. Vulg. πολίτην. πολῖτιν

---

*) Immo ἐᾶσαι. SCHAEFER.

**) Scilicet cum illa Reiskius scriberet, nondum ei in mentem venerat post δεινὸν infercire particulam conditionalem. SCHAEFER.

Bavaricus, Aldina, index Lambini. Sic Wolfius quoque conieeit. Correxi πολῖτιν. REISK.

P. 1382. v. 3. αὐτῇ] Passive pro ὑπ' αὐτῆς. Sed quid si αὐτὴ οὐκ εἴργασται nominativo et active? WOLF. Bekkerus: „αὐτῇ r. v.“ Scribendum αὔτη. V. v. 15. SCHAEFER.

P. 1382. v. 6. μετὰ Σίμου — ἀκολουθοῦσα] Constructio non rara. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 354. et inprimis Dobreeus ad Aristophan. Plut. 824. p. 153. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 1382. v. 7. υἱοῦ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 1382. v. 10. δὲ] δὴ Bavaricus, sed cum ε superscripto. REISK. δὴ Dindorf. Mihi magis placet δὲ. SCHAEFER.

P. 1382. v. 11. ἀκολουθοῦσαν] Vulg. ἀκολουθοῦσθαι. Correxi ἀκολουθοῦσαν. REISK.

P. 1382. v. 12. ὑπηρετεῖν — ἡδονάς] Conf. p. 1384, 15. Fortasse alterutro loco olim lecta sunt quae ab Hermogene commemorata Taylorus attulit ad p. 1351, 21. SCHAEFER.

P. 1382. v. 12. εἶτα τὴν τοιαύτην —] Vix putarim, haec Graeca esse, nisi vocula καὶ transposita et interpunctione mutata in hunc modum: εἶτα τὴν τοιαύτην περιφανῶς ἐγνωσμένην καὶ ὑπὸ πάντων γῆς περίοδον εἰργασμένην ψηφιεῖσθε ἀστὴν εἶναι; Poni autem videtur absolute γῆς περίοδον, quasi dicat κατὰ πᾶσαν τῆς γῆς περίοδον. IURIN. Nove sane illud dictum: εἰργασμένην περίοδον γῆς, *orbem terrarum propter quaestum corporis pervagari.* Neque satis placet ὑπὸ πάντων γῆς περιόδων. TAYLOR. V. not. ad p. 1381, 23. coll. Ind. Graecitat. p. 399. Videndum ne Orator in mente habuerit locutionem athleticam περίοδον νικᾶν s. ἀναιρεῖσθαι, de qua v. Casaubonus ad Athen. T. V. p. 313. s. Schw. SCHAEFER.

P. 1382. v. 16. διαπεπρᾶχθαι;] διαπεπρᾶχθαι, Bekker. SCHAEFER.

P. 1382. v. 17. γὰρ] Restitui iuxta auctoritatem impressorum a Feliciano et Parisiensibus. TAYLOR. Deest enim Wolfianae, sed soli. REISK.

P. 1382. v. 18. καὶ εἰς ἀγῶνα καταστῆναι] καὶ καταστῆναι Paulina. REISK.

P. 1382. v. 20. οἷα] [οἷς.] Vide an non multo melius sit legere cum MStis Venet. Barocc. Ital. et margine Benenati οἷα. TAYLOR. Vulg. οἷς. οἷα Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1382. v. 20. ἠσέβηκε] ἀσέβηκε Aldina. REISK.

P. 1382. v. 20. ἂν] Bekkerus: „om. r.“ Delendum puto. SCHAEFER.

P. 1382. v. 27. ἀπιὼν] εἰσιὼν margo Bavarici cum γρ. REISK. Recepit Bekker. SCHAEFER.

P. 1382. v. 28. ἀποψηφισάμενος] Ita excudit Wolfius.

Eamque lectionem confirmant Venet. Barocc. Obsop. et margo Paris. Ab aliis editur ἀποψηφισαμένης. Quam constructionem si probes, legendum est cum eodem margine ἀπεψηφισμένης. TAYLOR. Vulg. ἀποψηφισαμένης. Correxi ἀποψηφισάμενος. REISK.

P. 1382. v. 28. ταύτης] ταύτην margo Lutetianae. REISK.

P. 1382. v. 28. ταύτης;] ταύτης, Bekker. SCHAEFER.

P. 1383. v. 1. Ἐδικάζομεν,] ἐδικάζομεν. Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1383. v. 1. εὐθύς] Post h. v. prelum elisit plenam interpunctionem. SCHAEFER.

P. 1383. v. 2. δηλονότι] δῆλον ὅτι Bekker. SCHAEFER.

P. 1383. v. 2. (οὐ γάρ;)] [οὐ γάρ.] [Ita constanter edi solitum.] Forte οὐ δέ; ut, sit interrogatio de causa iudicii et crimine. *) Sequitur enim ὅτι. WOLF. Recte: atque ita edidi Wolfium secutus. TAYLOR. Verba haec duo signis parentheseos inclusi. *non enim? annon sic dicetis?* Sic perit quicquid visum fuit doctis viris obscuritatis, quae nulla unquam in hoc loco fuit. REISK.

P. 1383. v. 2. συνοικεῖ] συνοικῇ Bavaricus. REISK.

P. 1383. v. 3. θυγατέρα] μεμοιχευμένην] *filiam prostitutam, devirginatam*. Wolfii fidem iam olim de hac re deploravi. TAYLOR.

P. 1383. v. 7. εὖ] Delevit Bekker. Non imiter. Hic autem locus sic scribendus videtur: διηγούμενοι τὴν κατηγορίαν αὐτῆς ὡς εὖ καὶ μνημονικῶς καὶ ἐπιμελῶς περὶ ἑκάστου οὗ κατηγορήθη: ut ὡς εὖ — καὶ ἐπιμελῶς referatur ad διηγεύμενοι. Lenis haec mutatio quid conferat ad elegantiam suavissimae interlocutionis nemo docendus est. SCHAEFER.

P. 1383. v. 9. Ἀπεψηφίσμεθα] [ἀπεψηφίσμεθα.] Margo Benenati ἀπεψηφισάμεθα. TAYLOR.

P. 1383. v. 10. σωφρονέστεραι] Vulg. σωφρονέστεραι. Malim in comparativo σωφρονέστεραι. Et sic dedi de meo. REISK. σωφρονέσταται Bekker. Quod non opus fuit mutari. SCHAEFER.

P. 1383. v. 11. τῶν τῆς πόλεως] τῶν ὁσίων. SCHAEFER.

P. 1383. v. 12. ἐπιδείκνυτε] [ἐπιδείκνυνται.] Quaero commodius verbum, sed nullum occurrit. WOLF. Alibi **) legit idem vir doctissimus: φανερῶς ἐπιδείξονται ποιήσειν. Si mentem scriptoris rite teneam, ita dedit: ὅσαι δ' ἀνόητοι, *illis vero, quae amentes sunt et omnem modestiam exuerunt, illis, inquam,* φανερῶς ἐπιδείκνυται, *clarissimum signum datur, licere quodcunque libuerit.* TAYLOR. Vulg. ἐπιδείκνυνται ποιεῖν. ἐπιδείκνυτε Ba-

*) Sic nemo Graecorum interrogavit. SCHAEFER.

**) Id est in ea, quam nos appellamus, Farragine. REISK.

varicus in texto: in margine γρ. ἐπιδείκνυτε ταύτας ποιεῖν. Dedi ἐπιδείκνυτε ταύταις ποιεῖν. *exemplum ipsis demonstratis faciendi, quicquid ipsis modo allubescat.* Si ἐπιδείκνυνται servetur sensu *iactant, efferunt se, exsultant*, non possit ποιεῖν sequi, sed requiratur ποιοῦσαι. ἐπιδείκνυτε sumsi e Bavarico. ταύταις quodammodo de meo dedi, partim vero etiam e Bavarico repetii, in quo est ταύτας. REISK. ταύταις expunxit Bekker. Malim servatum: nisi praeferas αὐταῖς. Ipse Bekkerus: „ἐπιδείκνυτε ταύταις γρ. F. Y. Q." SCHAEFER.

P. 1383. v. 13. βούλωνται] βούλονται Aldina, Paulina. REISK.

P. 1383. v. 17. γενόμενον] γενομένου Farrago Wolfii. Non me fugit recte posse dici ἀγῶνα ἀποψηφίζεσθαι pro *causam aliquam absolvere*, h. e. ut a foro suo alienam repudiare, ad tribunal suum non admittere, item secundum reum in ea causa ius dare. Verumtamen hic melius convenire videtur γενομένου in genitivo. *posteaquam semel illa causa in forum delata fuit, ream absolvere.* REISK. Accusativus bene habet. Aeschines p. 623. R. θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, —, πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν. SCHAEFER.

P. 1383. v. 18. παντελῶς] Vide ne sit interpretantis. Ammonius p. 83. Κομιδῇ — σημαίνει τὸ παντελῶς. Hesychius T. II. c. 308. Κομιδῇ. — παντελῶς. SCHAEFER.

P. 1383. v. 20. βούλωνται] βούλονται Aldina, Paulina: item v. 22. et p. 1384, 5. REISK.

P. 1383. v. 21. τύχωσιν] Subaudi φάσκουσαι. SCHAEFER.

P. 1383. v. 23. τοῦ] [τοὺς.] Forte τοῦ. WOLF. Recte. Atque ita dedit, omnibus praeter Aldinos libris consentientibus. TAYLOR. τοὺς Aldina. Hinc est quod Wolfius τοῦ legendum suasit. REISK.

P. 1383. v. 26. ὁ νόμος] Vulg. νόμος. ὁ νόμος Bavaricus. Articulum addidi. REISK.

P. 1383. v. 27. ἀποδῷ] *tribuat* tanquam debitum. Malim tamen ἐπιδῷ, *addat dotis loco.* Pater enim filiam ἐκδούς, elocans in matrimonium, ἐπιδίδωσιν, *addit ei dotem.* REISK. Hoc satis probabile. SCHAEFER.

P. 1383. v. 28. ἀποφυγούσης ταύτης] Idem est ac si dixisset: ὃ γενήσεται, ἐὰν αὕτη δι' ὑμᾶς [aut παρ' ὑμῖν] ἀποφύγῃ. REISK.

P. 1384. v. 2. πολιτίδων] M. πολιτῶν. Forte scriptum fuit εἰς τὰς πολίτιδας, quod aliquis interpretatus est εἰς τὰς τῶν πολιτῶν θυγατέρας. WOLF. πολυτίμων Barocc. TAYLOR. Malim πολιτῶν. Cur enim matres solummodo, non item patres commemorentur, quorum maius in eiusmodi re momentum est? REISK. πολιτῶν verum videtur. SCHAEFER.

P. 1384. v. 4. ἐξεῖναι αὐταῖς] Haec verba videri possint redundare. REISK. Ita redundat, ut non suspectandum sit. Simili redundantia Pseudo-Phalaris Epist. LXXXVII. οὐ γάρ οἷα τέ ἐστι δύνασθαι —. Quod non esse tentandum nuper monui p. 272. s. Ac ne vere quidem redundat. Verte: *Neque enim talis est, quae possit* —. SCHAEFER.

P. 1384. v. 6. ὑμῶν] ἡμῶν Aldina. REISK.

P. 1384. v. 10. τοῦ μὴ —] Subaudi ὑπὲρ vel χάριν. Videtur tamen potius ἀντεχόμενος vel tale quid deesse. REISK. Non deest. Eadem constructio est p. 1383, 23. Nec quidquam subaudiendum. SCHAEFER.

P. 1384. v. 10. ἐξίσου] ἐξ ἴσου Bekker. SCHAEFER.

P. 1384. v. 13. ἐν τῷ ἴσῳ] Praeferrem τῶν ἴσων, si liber offerret. SCHAEFER.

P. 1384. v. 15. μετὰ — τρόπων] Qui sint οἱ πολλοὶ τρόποι haud intelligens dubito, sitne legendum potius μετὰ πολλῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνθρώπων, *in turba hominum et multorum et petulantium*, an potius μετ' ἀκολάστων aut μετὰ φαύλων καὶ ἀσελγῶν τρόπων, an denique vocabulum τρόπων non mores hic loci, sed σχήματα πορνικά, posituras et gesticulationes turpes atque infames meretricum significet. Quod postremum si probetur, stare possit vulgata. REISK. Hoc verum. V. not. ad p. 1382, 12. SCHAEFER.

P. 1384. v. 17. Ἀπολλόδωρον] natum homine, qui olim fuit servus. Opp. πολίτας, quorum maiores fuerunt cives. SCHAEFER.

P. 1384. v. 23. παραβεβήκασιν] Legendum videtur παραβεβήκασιν οὗτοι. Excidit, puto, τὸ οὗτοι propter similitudinem sequentis ὅταν. IURIN. Margo Benenati παραβέβηκεν. TAYLOR. Videtur orator dedisse: καὶ τί ἀπειλοῦσι τοῖς παραβεβηκόσιν. *et quid poenarum leges comminentur iis, si qui praecepta legum violaverint.* REISK. Vulgatam non tentabis, si memineris hoc quoque exemplum esse repentinae mutationis subiecti. ἀλλ' οὐ γυναῖκα [Νέαιραν] εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ παλλακὴν [Στέφανον] ἔχειν ἔνδον; p. 1385, 19. s. V. not. ad p. 1029, 11. SCHAEFER.

P. 1384. v. 25. τήν τε ὄψιν] Malim τὴν δὲ ὄψιν. REISK. Ego non item. Neaerae ἡ ὄψις videtur fuisse πορνική. SCHAEFER.

P. 1384. v. 26. τοῦτο μόνον] τὸν νόμον margo Bavarici cum γρ. REISK.

P. 1384. v. 27. Ἀρχίαν — ἀλλὰ τῆς ἱερείας.] Citat hunc locum Athenaeus p. 594. a. [T. V. p. 148. s. Schw.], cuius lectiones cum vulgata nostra comparat P. Leopardus 11, 16. p. 226. T. III. Lampad. Crit. Gruter. REISK.

P. 1384. v. 27. Ἀρχίαν, τὸν ἱεροφάντην] Utitur hoc loco Welckerus, vir doctissimus, in Iacobsii Addend. ad Antholog. Palat. p. CI. SCHAEFER.

P. 1385. v. 1. ἐκολάσατε] Scilicet mortis poena. REISK.

P. 1385. v. 1. καὶ ἄλλα τε] Malim καὶ γὰρ ἄλλα τε. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 1385. v. 2. Σινώπη τῇ ἑταίρᾳ] Bekkerus: „σινώπης τῆς ἑταίρας F. Y. Q.“ Cum hac scriptura, quae etiam marginis Bavarici est, concinit quod in Athenaei editionibus ante Schweighäuserum legebatur προσαγούσης. Satisque placet sic corrigi. SCHAEFER.

P. 1385. v. 2. ἑταίρᾳ] ἑτέρᾳ Paulina. REISK.

P. 1385. v. 2. Ἁλώαις] [ἀλῷ οἷς.] Forte ἀλῷ ὡς ἐπὶ. WOLF. Lege Ἁλώοις coniuncta voce. Harpocratio: Ἁλῶα. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ἑορτή ἐστιν Ἀττικὴ τὰ Ἁλῶα. Ita etiam hunc legit locum editio Paris. et Athenaeus l. 13. p. 594. [Demosthenes] ὃς καὶ περὶ Σινώπης τῆς ἑταίρας τάδε λέγει, Ἀρχίαν τὸν ἱεροφάντην ἐξελεγχθέντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ ὡς ἀσεβοῦντα καὶ θύοντα παρὰ τὰ πάτρια τὰς θυσίας ἐκολάσατε· καὶ ἄλλα τε κατηγορήθη αὐτοῦ, καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἁλώοις ἐπὶ τῆς ἐσχάρας τῆς ἐν τῇ αὐλῇ Ἐλευσῖνι προσαγούσης ἱερὸν θύσειεν, νομίμου ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μὴ θύειν, οὐδὲ ἐκείνου οὔσης τῆς θυσίας, ἀλλὰ τῆς ἱερείας. Quae sic interpretantur: *Idem orator de Sinope scorto haec recitat: In Archiam sacrorum praesidem, apud iudices convictum impietatis, quod praeter leges patrias sacra fecerit, vos animadvertistis.* Archiae quidem alia Demosthenes obiecit, *sed hoc praecipue, quod* per Aloa, *Eleusine*, in coenaculi foco, *Sinopae amicae* illuc deductae *rem divinam fecisset, cum per eos dies lege vetitum sit, ne quis sacris operetur, nec ad* eum *sacrificandi ius pertineret, sed ad sacrorum antistitem.* Vide Leopardum Emend. XI. 16. et Maussacum ad Harpocrat. p. 30., qui haec verba Demosthenis recte emendant. Ἁλῶα festum est agricolarum post comportatas fruges in area celebrari solitum, ubi frumenti primitias consecrabant Cereri et Baccho, arationis sationisque inventoribus. Eadem videntur esse Θαλύσια et quae rhetores quidam, admonente Eustathio, Συγκομιστήρια vocant. Vide Hesychium v. Συγκομιστήρια. Varinus Camers: Θαλύσια αἱ ἀπαρχαί. ἤγουν αἱ μετὰ τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι θεῷ ὑπὲρ τοῦ καὶ εἰς ἔπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας. — ἰστέον δὲ, ὅτι ἐπὶ συγκομιδῇ καρπῶν, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ Θαλύσια ἐθύετο, ἑορτὴ ἤγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου κατὰ Παυσανίαν, Ἁλῶα καλουμένη, διὰ τὸ ταῖς ἀπαρχαῖς, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς ἅλω τότε καταχρῆσθαι, φέροντας εἰς Ἐλευσῖνα· ἢ ἐπεὶ, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐμφαίνει, ἐν ἄλωσιν ἔπαιζον κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ καὶ Ποσειδῶνος ἦν πομπή. Ita Theocritus in Θαλυσίοις, Idyll. ζ.

Οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανώσατε, Νύμφαι,
Βωμῷ πὰρ Δάματρος Ἁλωάδος.

De Halois mentio facta est in Alciphronis Epistolis saepiuscule, Luciani Dial. Meretric. I. et VII., ubi consulendus est Scholiastes, a Meursio de Festis Graecorum et Petito ad LL. Attic. pag. 125.

Videtur ergo hoc festo die nefas fuisse victimam, ἱερεῖον, caedere, cum utique frugibus et ob fruges domum comportatas sacra fierent: eoque nomine luisse poenas hierophantam, quod, patrio ritu neglecto, Sinopae meretrici operam praestitit eiusque victimam ad aram Eleusiniam mactavit. TAYLOR. Eadem fere, quae produximus ex Phavorino, habet Lexicon Coislin. apud Montfaucon. n. 4. v., prout emendatur ab Hadriano Heringa Observ. Crit. p. 153. IDEM *in Schedis.* Legendum videtur Ἁλώοις, ut in Parisiensi. Id autem festum Ἁλῶα, quamvis in Cereris honorem instituti solitum dicant Lexicographi, tamen vel Baccho soli fuisse sacrum vel certe deo utrique commune, docet haec oratio. Nempe Archias et Neaera eundem deum, τὸν αὐτὸν θεὸν, violarant: Archias deum illum, in cuius honorem celebrabatur festum Ἁλῶα, Neaera Bacchum, quippe filiam suam regi sacrorum nuptum dando, effecerat, ut meretrix meretrice orta Baccho uxor daretur. IURIN. ἀλῷ οἷς margo Lutetianae ex Aldina et Paulina, item Bavaricus, cuius margo sic dat: καὶ ὅτι σινώπης τῆς ἑταίρας ἑάλω οἷς. REISK. ἁλώοις Bekker. SCHAEFER.

P. 1385. v. 3. αὐλῇ] [τῆς ἐν τῇ αὐτῇ Ἐλευσῖνι.] Forte τῆς ἐν Ἐλευσῖνι [caeteris omissis]. Locus hic omnino corruptus est. ὅϊας et contracte οἷς προσαγούσῃ, ἀντὶ τοῦ πρόβατα, haud scio, quam verum sit. Bacchum ab Arthia [f. Archia] mox dicet violatum, ut et a Neaera. WOLF. Ex notis, quae paulo praecesserunt, magna pars eorum, quae hic a Wolfio adferuntur, plane praeciditur. Caetera non intelligo. Pro ἐν τῇ αὐτῇ Ἐλευσῖνι scribi video in Venet. Barocc. Ital. et margine Benenati ἐν τῇ αὐλῇ Ἐλευσῖνι. Quo modo etiam scripsit Athenaeus l. 13. TAYLOR. Vulg. αὐτῇ. αὐλῇ margo Lutetianae ex Athenaeo, Bavaricus. Et sic correxi. *quod super foco, qui esset in aula domus illius, ubi Neaera**) *Eleusine habitasset, Archias victimam immolasset, cum fas non esset ea die victimam animantem, sed fruges solummodo immolare, et praeterea fas quoque non esset, ut sacerdos mas illa die sacra faceret, sed ut sacerdos foemina.* REISK.

P. 1385. v. 5. ἐκείνου] [ἐκείνης.] Potius ἐκείνου cum Athenaeo. *Si victimam ferire licuisset eo die, ista res non ad Archiam hierophantam, sed ad Cereris sacrificulam spectabat.* TAYLOR. Vulg. ἐκείνης. Correxi ἐκείνου. Redit enim ad Archiam. REISK. Bekkerus: „ἐκείνου Athenaeus: libri omnes ἐκείνης." SCHAEFER.

P. 1385. v. 6. οὐκοῦν] Malim οὐκ οὖν. V. not. ad p. 1381, 22. SCHAEFER.

P. 1385. v. 6. καὶ] καὶ prius abest a Bavarico. REISK.

---

*) *Sinope.* SCHAEFER.

P. 1385. v. 6. τοῦ] Lege cum Cod. Barocc. τῶν. TAYLOR. Anglus cur τῶν praetulerit ignoro. SCHAEFER.

P. 1385. v. 8. νομίμων] [νόμων.] Melius νομίμων, ut praebetur in MStis Venet. Barocc. Ital. et margine Parisiensi. TAYLOR. Vulg. νόμων. Correxi νομίμων. REISK.

P. 1385. v. 13. τοῦτον] Vulg. τοῦτο. τοῦτον margo Lutetianae, Bavaricus. Et sic correxi. Significatur Bacchus, cuius numen Archias pariter atque Neaera offenderant: haec quidem eo, quod filiam regi sacrorum nuptum dedisset, quo factum, ut illa filia Baccho desponderetur pro uxore; ille vero, quod sacra praeter fas ea die fecisset, quae Baccho communiter cum Cerere sacra esset. REISK.

P. 1385. v. 15. καὶ τοὺς νόμους] Subaudi παραβεβηκυῖαν, quod implicite latet in ἠσεβηκυῖαν. SCHAEFER.

P. 1385. v. 17. ἀπολογίᾳ.] ἀπολογίᾳ, Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1385. v. 18. ἀστῷ] Vulg. αὐτῷ. Correxi ἀστῷ ex coniectura mea. REISK. Coniecturam tueri videatur quod legimus p. 1387, 15. et p. 1388, 20.: adeoque posteriori loco pro ἀστῷ Cod. Bekk. habet αὐτῷ. Placet tamen quod αὐτῷ revocavit Bekker.: scilicet Στεφάνῳ. Sic v. 19. sequitur αὐτοῦ. SCHAEFER.

P. 1385. v. 19. αὐτοῦ] Stephani puta. REISK.

P. 1385. v. 26. οὐθ' ὡς ἔστιν] [ὡς ἔστιν.] οὔτε ὡς ἔστιν margo Lutetianus, et recte. TAYLOR. Vulg. ὡς ἔστιν. Primam voculam e margine Lutetianae addidi. REISK. Recte expunxit Bekker. ὡς ἔστιν — αὕτη est iteratio notionis praegressae: ὡς — οὐκ ἀληθῆ — μεμαρτυρημένα. Quales notionum iterationes, quo ἐναργεστέρα fiat oratio, non ut redundet inutiliter, saepius positae reperiuntur. SCHAEFER.

P. 1385. v. 26. ἀκούω δ' αὐτὸν —] Obiectio haec est diversa illi superiori v. 19., cum qua convenire videtur. Nam ibi Stephanus fingitur hac utens excusatione, se Neaeram non pro uxore, sed pro pellice, παλλακῇ, habere: hic autem inducitur Stephanus in hanc latebram se recipiens, Neaeram sibi non pro uxore, sed pro ἑταίρᾳ, socia, esse. Demonstratur itaque discrimen, quod inter uxorem legitimam et sic dictam παλλακὴν et tandem inter ἑταίραν seu meretricem intercedit. REISK.

P. 1386. v. 1. αὐτοῦ τοῦ λόγου] Id est *excusationis, qua ipse* (Stephanus puta) *utitur*. Potest itaque ferri. Malim tamen τούτου τοῦ λόγου. — pro τὴν αὐτοῦ ἀναίδειαν τοῦ λόγου, id est ἐν τῷ λόγῳ. REISK. Habet haec adnotatio ἀσύστατα: scilicet scripta diversis temporibus. Vulgata recte habet. τὸ ἑξῆς est: τοῦ λόγου αὐτοῦ [Στεφάνου]. SCHAEFER.

P. 1386. v. 2. ἀπολογίας] Post h. v. videtur τούτου τε deesse. REISK. Non defectu, opinor, locus laborat, sed redundan-

tiâ. Deleam enim quod statim sequitur καὶ, natum illud e littera proxime antecedente: ut ὁ λόγος αὐτοῦ et ἡ ἀπολογία τῶν μαρτυρεῖν αὐτῷ παρεσκευασμένων inter se opponantur. Simul tollitur inelegans parumque decens Oratorem locutio: τὴν παρασκευὴν — τῶν — παρεσκευασμένων. SCHAEFER.

P. 1386. v. 6. Νεαίρᾳ]. [τὰς Νέαιραν τότε προσκαρτεροὺσας.] Forte Νεαίρᾳ. Nam datiuo verbum hoc iungitur: et sic legit Robertus Constantinus. Et p. 1387, 20. ὅτι μὴ ἐκ Στεφάνου. Et v. 27. ἀφίστασθαι τοῦ ἀγῶνος ἤθελε τοῦ κατὰ Νεαίρας. WOLF. Recte quidem Νεαίρᾳ in dandi casu, ut exhibent MSti nostri Venet. et Barocc. In cusis omnibus inemendatissime Νέαιραν legitur. TAYLOR. Vulg. Νέαιραν. Νεαίρᾳ Bavaricus, index Lambini, editio Wolfii. Et sic correxi. REISK.

P. 1386. v. 6. προσκαρτεροῦσας] προσακολουθοῦσας margo Lutetianae. REISK.

P. 1386. v. 8. Ξενίδα] Vulg. Ξεννίδα. Ξενίδα Bavaricus. Et sic quoque p. 1387, 18. Detraxi unum ν et hic et altero loco. REISK.

P. 1386. v. 10. σταδιοδρομοῦντα] σταδιοδροῦντα Aldina. REISK. Bekkerus: „σταδιαδρομοῦντα S.“ Recepit Dindorf. Fortasse iure. σταδιαδρόμος quidem habet liber manu scriptus Pollucis III. 146. V. not. ad p. 1387, 22. SCHAEFER.

P. 1386. v. 11. Στρυβήλην] F. Στροβίλην, a nuce pinea. WOLF. *in Farrag.* Στροβήλην margo Lutetianae. V. ad p. 1362, 6. dicta. REISK.

P. 1386. v. 12. γήμας] γήμαντος Aldina. REISK.

P. 1386. v. 16. καὶ μὴ — ταύτην] Videtur legendum esse: καὶ μὴ ἐᾷν εἰσιέναι τὴν γραφὴν ταύτην. aut: καὶ μὴ εἰσιέναι [scilicet αὐτὸς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον] γραψάμενος τὴν γραφὴν ταύτην. aut tandem: καὶ μὴ εἰσάγειν τὴν γραφὴν ταύτην. REISK. Omnia vana: vulgatamque bene tuetur Ind. Graecitat. p. 189. SCHAEFER.

P. 1386. v. 17. ὃς] [ὡς.] Malim, uti ex editis nonnulli, ὅς. τὸ γὰρ συνοικεῖν τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν παιδοποιῆται καὶ εἰσάγῃ — καὶ ἐκδιδῷ. TAYLOR. Videtur loco ὡς ἂν legendum ὅταν τις. IVRIN. ὅς, ut hic recte a Parisinis editum est, confirmat etiam Bavaricus; nam alii editi cum Wolfiana vitiose dant ὡς. REISK. V. Ind. Graecitat. p. 365. extr. et nott. ad p. 566, 10. et p. 877, 17. — V. 18. corr. ἐκδιδῷ. SCHAEFER.

P. 1386. v. 20. ἐνδράσι] ἀνδράσιν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1386. v. 20. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας —] Hunc locum ita legit Athenaeus l. 13. p. 573. [T. V. p. 70. Schw.]: τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας,

τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. Idque adnotavit Ioann. Hartungus Decur. I. Cap. 1. At Stobaeus Serm. LXIV. cum vulgatis scriptoris nostri consentit. Constat interea ex hoc loco differentia, quam statuerunt Graeci inter ἑταίραν, παλλακὴν et γυναῖκα sive matrem familias. Prima est scortum, quae vulgo prostat et corpore quaestum facit: secunda ea, quae uxoris loco sine nuptiis in domo est (vide l. 144. D. de V. S.) vel, ut plenius ICtis definiri solet, *ea, quam quis non mariti animo, sed concubitus tantum causa, sine stupri tamen crimine flagitiove domi habeat.* Concubina ergo cum uno peccat, meretrix cum pluribus: harum autem utraque voluptatis causa. Sequitur tertio mater familias sive uxor iusta, quam liberorum procreandorum ergo et in semen civitatis domum, peractis sacrificiis, rite ducimus. *Patere me,* ait Imperat. Verus in Spartiano c. 5., *per alias exercere cupiditates meas: uxor enim nomen dignitatis est, non voluptatis.* Non aliter de his distinguitur in Iurisprudentia Romana. TAYLOR.

P. 1386. v. 21. *θεραπείας*] „Ut Harpocration et alii multi, ita Eustathius quoque ad Odyss. Ξ. p. 1758, 7. pro *θεραπείας* dat *παλλακείας,*" Ind. Graecitat. p. 372. Vellem memorasset illos alios multos. Nec de Harpocratione verum retulit. Eustathius autem nihil aliud quam Athenaeum secutus est. Monuit etiam optimus Schweighäuserus Animadv. in Athen. T. VII. p. 102. SCHAEFER.

P. 1387. v. 6. *Αἰγιαλεὺς*] Lege *Αἰγιλιεὺς* vel *Ἀγγελεύς.* Nam fuit *Αἰγίλα* pagus seu demus Antiochidis tribus et *Ἀγγέλη* Pandionidis. PALMER. Recte *Αἰγιλιεύς.* Ita supra p. 1362, 7. *Φράστορι Αἰγιλιεῖ.* Vide Valesium ad Harpocrat. p. 4. et Meursium de pagis Atticae. TAYLOR. Libri mei in hac lectione consentiunt. Sed legendum est *Αἰγιλιεύς.* REISK.

P. 1387. v. 14. *προὐκαλεῖτο*] Bekkerus: „*προκαλεῖται* S. Y. O. r. v." Quod etsi videatur probabilius, tamen imperfectum praeferes, si comparaveris et *ὁμολογοῖεν* v. 23. 26. et *ἤθελον* v. 28. et *βλαφθείησαν* — *βλαβείησάν* v. 29. V. not. ad v. 28. SCHAEFER.

P. 1387. v. 16. *παραλαμβάνειν*] Abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 1387. v. 18. *παρὰ Στεφάνῳ*] Superior locus p. 1386, 8. addebat *οὖσα.* Potest abesse: mallem tamen etiam hic adesse. REISK.

P. 1387. v. 18. *Ξενίδα*] V. not. ad p. 1386, 8. SCHAEFER.

P. 1387. v. 20. *τῶν ὄντων Νεαίρᾳ*] *τῶν Νεαίρας* Bekker. SCHAEFER.

P. 1387. v. 20. *ὅτι ἐκ Στεφάνου εἰσί*] [*ὅτι μὴ ἐκ Στεφάνου εἰσί.*] *μὴ* deerat in omnibus libris tam scriptis quam prelo

cusis. Recte autem revocavit bonus Wolfius [ad p. 1386, 6.]. ὅτι οὐ Στεφάνου εἰσὶ Bodlei. TAYLOR. Negativam μὴ addit in editione sua Wolfius praecipitantia consilii actus. Bene habet vulgata. Non enim negabat Apollodorus illos Stephani liberos esse, sed negabat eos Stephanum e foemina, quae civis Atheniensis esset, suscepisse, verum aiebat eos e Neaera quaesitos esse et Neaeram illos iam peperisse tum, cum Stephanus eam Athenas traduceret. REISK.

P. 1387. v. 21. Πρόξενός τε — καὶ Φανώ] Attractio verbi εἰσὶ in causa fuit cur nominativi ponerentur. SCHAEFER.

P. 1387. v. 22. σταδιοδρομῶν] Bekkerus: „στάδιαδρομῶν S. Y." Recepit Dindorf. V. not. ad p. 1386, 10. SCHAEFER.

P. 1387. v. 28. ἤθελον] ἤθελε Wolfius. Vide supra ad p. 1386, 6. Modo etiam τοῦ κατὰ Νεαίρας, eodem suasore [ad l. c.]. Quae vox [scilicet κατὰ] aberat ab omnibus. TAYLOR. ἤθελον bene habet: tota enim haec provocationis formula est mere διηγηματικὴ facileque admittit transitum a tertia persona ad primam. SCHAEFER.

P. 1387. v. 28. τοῦ κατὰ Νεαίρας] Vulg. τοῦ Νεαίρας. τῆς Νεαίρας margo Lutetianae. Wolfius vult τοῦ κατὰ Νεαίρας: unde Taylorus κατὰ in suam editionem recepit. Ego quoque dedi τοῦ κατὰ Νεαίρας. REISK. Praepositionem delevit Bekker. Recte. ὁ ἀγὼν ὁ Νεαίρας est ὁ ἀγὼν, ὃν Νέαιρα ἀγωνίζεται. SCHAEFER.

P. 1387. v. 29. βλαφθείησαν — βλαβείησαν] Mirum ambo aoristos tantulo spatio deinceps poni: ut malim alterutram formam bis positam. SCHAEFER.

P. 1387. v. 29. ὅ τι βλαβείησαν] Malim καθ' ὅ τι βλαβείησαν. REISK. Ego non item. Noxae cuiusque, quam tormenta afferrent, pretium leges videntur definivisse. SCHAEFER.

P. 1388. v. 1. ἄνδρες] Malim ὦ ἄ. SCHAEFER.

P. 1388. v. 2. ἠθέλησαν] ἠθέλησε margo Lutetianae e Paulina et editio Wolfii. ἠθέλησαν potest ferri: Stephanus puta et Neaera et consortes discriminis. Praeferam tamen ἠθέλησε. V. p. 1387, 8. REISK. Recte ἠθέλησε Bekker. SCHAEFER.

P. 1388. v. 2. οὐκοῦν] οὔκουν Bekker.: ut haec sit interrogatio. Quapropter post αὐτόν v. 10. posuit signum interrogandi. Recte. Possis etiam οὐκ οὖν scribere. SCHAEFER.

P. 1388. v. 7. λέγοι] Recte λέγῃ Bekker. SCHAEFER.

P. 1388. v. 7. ψεύσεται] Ita primus dedit Wolfius, credo, ob sequens ἐξελέγξει. Caeteri uno ore ψεύδεται. TAYLOR. Vulg. ψεύδεται. ψεύσεται Bavaricus, sed cum δ super σ. Correxi ψεύσεται. REISK.

P. 1388. v. 10. ὡς ἐγώ] Bekkerus: „ἐγὼ δ' S. Y. O. r. v." Recepit Dindorf. Mihi nostrum placet. SCHAEFER.

P. 1388. v. 12. τουτουσὶ] Bekkerus: „τουτουσὶν v.“ SCHAEFER.

P. 1388. v. 14. λήσειν] λαθεῖν margo Lutetianae, Bavaricus: sed in margine est vulgata cum γϱ. REISK. λαθεῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 1388. v. 14. παϱανενομήκασιν] Exspectes ἠσεβήκασιν, ut v. 12. παϱανομεῖν εἰς τοὺς θεοὺς satis insolenter dictum videtur. SCHAEFER.

ANNOTATIONES
AD
ORATIONEM FUNEBREM.

P. 1388. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.*] Ad titulum addit Rawlinson. *εἰς τοὺς ἐν πολέμῳ ἀποθανόντας.* — Conf. Taylori Lectiones Lysiacas c. 3. p. 234. edit. Lips. REISK. *ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ* Bekker. hanc orationem iure numerans in spuriis. V. Libanius p. 6, 5. s. Spuria est Valckenario Animadv. ad Ammon. p. 28. ad Herodot. IX. 27. (ad q. l. mireris Wesselingii omnino talibus in rebus non Lyncei iudicium) et Oratt. p. 218. Fr. A. Wolfio ad p. 499, 28. et Heynio ad Homer. Il. T. IV. p. 477. Wyttenbachio quid visum sit, ex Iulianeis quidem viri egregii p. 140. edit. Lips. vix discas. Add. Apparat. T. I. p. 123. et Ind. Histor. p. 567. in.*) SCHAEFER.

P. 1388. v. 1. *ἐν τῷ τάφῳ*] *ἐν τῷδε τῷ τάφῳ* Barocc. 1. 2. Rawlinson. REISK. Bene *τῷδε* inseruit Bekker. Sic p. 1398, 17. *ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου.* Concio enim habebatur ad ipsum sepulcrum, quod Orator *δακτυλοδεικτεῖ.* Recte autem singularis positus est. Sic infra p. 1392, 28. *τοὺς — πρὸς τὸν τάφον ἠκολουθηκότας.* Scilicet *τὰ δημόσια μνήματα* fuerunt *κοινοτάφια.* V. Schol. Bekk. ad Demosthen. Orat. de Cor. p. 320. edit. Halens. a. 1815. SCHAEFER.

P. 1388. v. 1. *ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ*] ad Chaeroneam cum Philippo commisso, de quo praeter Diodorum Siculum et Iustinum vide Plutarchum in Vita nostri auctoris et adversarias etiam Aeschinis et Demosthenis orationes. WOLF.

P. 1388. v. 1. *ἐν τῷδε — γεγενημένους*] Pro *ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένους, ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ γεγονότας.* OBSOP. *τῷδε* abest a Bavarici texto, sed est in margine. Abest item ab Aldina. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

*) Wolfii hanc in orationem annotationes hunc titulum habent: Hier. Wolfii Annotationes in Funebrem sive Demosthenis sive cuiuspiam alterius Orationem. Add. quae Reiskius scripsit ad Titul. Orat. Amator. p. 1401. SCHAEFER.

P. 1388. v. 2. *πολέμῳ*] *τάφῳ* August. quintus. REISK.

P. 1388. v. 2. *γεγενημένους*] *γεγονότας* margo Bavarici, Barocc. 1. Harlei. et liber Obsopoei. REISK. *γεγονότας* Bekker. SCHAEFER.

P. 1389. v. 1. *τεύξωνται*] Vulg. *τεύξονται*. *τεύξωνται* Bavaricus, Aldina. Sed in exemplo Aldinae Lessingiano nescio quis o super ω scripserat. REISK. *τεύξονται* Bekker. Quomodo vel in omnium librorum dissensu corrigi oportebat. SCHAEFER.

P. 1389. v. 2. *σκοπῶν ἀξίως*] *σκοπῶν τὸν τρόπον τοῦ ἀξίως* margo Lutetianae. *σκοπῶ* Barocc. 1. 2. REISK.

P. 1389. v. 2. *ἕν τι τῶν ἀδυνάτων*] Isocrates in oratione *κατὰ σοφιστῶν*: *Ὅμηρος ὑμῖν ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἕν τι τοῦτο (τὸ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν) τῶν ἀδυνάτων ἐστί.* WOLF.

P. 1389. v. 3. *ὄν*] Subaudi *τοῦτο*, scilicet *τὸ εἰπεῖν ἀξίως τῶν τετελευτηκότων*. REISK. Cur subaudias quod diserte additur? Nam *τὸ ἑξῆς* hoc est: *ἐξετάζων δὲ καὶ σκοπῶν* [scilicet *ὅπως* — *τεύξονται*] *εὕρισκον ἀξίως εἰπεῖν τῶν τετελευτηκότων ὂν ἕν τι τῶν ἀδυνάτων*. Quod si Reiskium offendit infinitivus sine articulo positus, meminisse debebat infinitivorum sic usurpatorum nominativum et accusativum recte carere articulo, quando sententia *ἀνάρθρως* poni patitur. Hermannus ad Viger. p. 703.: „Omittitur articulus nonnunquam a poetis, ubi infinitivus substantivi munere fungitur." Non nonnunquam, sed satis frequenter: neque a solis poetis, sed ab omnium scriptoribus generum. SCHAEFER.

P. 1389. v. 7. *ἀνυπέρβλητον*] Rectius scripsisset *ἀνέφικτον*, aliquanto aptius illud antecedentibus, *ἀξίως εἰπεῖν* — *εὕρισκον ὄν*. SCHAEFER.

P. 1389. v. 7. *αὐτῶν*] *αὑτῶν* Reisk. SCHAEFER.

P. 1389. v. 8. *ὁμοίως*] Pro *ὅμως*, *ὁμοίως*. OBSOP. Vulg. *ὅμως*. *ὁμοίως* liber Obsopoei, unde margo Lutetianae repetiit; Lessing. Paulina, August. quintus, editio Wolfii. Aut adsciscendum est *ὁμοίως*, aut, servato *ὅμως*, addendum post *μέντοι* erit *ἐξ ἴσου* vel simile quid. Sed recepi *ὁμοίως*. REISK.

P. 1389. v. 8. *διαλεχθῆναι*] I. q. *εἰπεῖν*. Qui huius verbi usus est rarior. V. H. Stephani Thes. c. 5649. in. SCHAEFER.

P. 1389. v. 8. *τοῖς πρότερον* — *ἐνθάδ'*] Exstat oratio Periclis funebris *τῇ β'*. Thucydidis *συγγραφῇ* et Menexenus Platonis, quem edicto iussum esse recitari quotannis publice Athenis ferunt propter sententiarum gravitatem, quibus ad virtutem atque amorem patriae defensionemque cives accenderentur, et Lysiae *ἐπιτάφιος τοῖς τῶν Κορινθίων βοηθοῖς*, cui multa non dissimilia habet Isocratis Panegyricus. Eiusdem generis est et eiusdem Isocratis Euagoras: qui a studiosis et utiliter et iucunde inter se *conferentur*. Huius autem instituti primi auctores fuerunt Ae-

gyptii, auctore Diodoro Siculo lib. I. Quorum institutum aemulatum Solonem ex Diogene Laërtio apparet, cuius haec verba sunt: ἀπειρόκαλον ἐξαίρειν τὰς τῶν ἀθλητῶν τιμὰς, ἀλλὰ μόνων ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τοὺς υἱοὺς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι· ὅθεν καὶ ἐζήλουν καλοὶ κἀγαθοὶ γενέσθαι κατὰ πόλεμον. WOLF.

P. 1389. v. 10. ἐνθάδ' εἶναί μοι δοκεῖ] Anne hoc tolerandum: δοκεῖ μοι εἶναι διαλεχθῆναι? F. ἐνθάδε δεῖν ἐμοὶ δοκεῖ. TAYLOR. ἐνθάδε καλὸν εἶναι margo Lutetianae. εἶναι est i. q. ἐνεῖναι, *datum esse, in potestate mea esse.* REISK. ἐνθαδὶ κἀμοὶ δοκεῖ Dindorf.: cuius scripturae rationem reddit praefat. p. XIV. Mihi satis placet vulgata, quam Reiskius recte interpretatur. *Ut nequeam mortuorum facta dictis exaequare, tamen potero, opinor, perinde ut* —. SCHAEFER.

P. 1389. v. 10. σπουδάζει περὶ τοὺς —] V. Photius c. 392. SCHAEFER.

P. 1389. v. 13. χρηστοῖς] ἀγαθοῖς Barocc. 1. 2. Rawlinson. Harlei. REISK. Bekkerus: „ἀγαθοῖς Y. O. r." Placet. Nam ἡ ἀγαθότης magis est virtutis bellicae, de qua h. l. agitur: ἡ χρηστότης civicae. SCHAEFER.

P. 1389. v. 15. καὶ τὰς τῶν κατὰ] Vulg. καὶ τῶν κατὰ. καὶ τὰς κατὰ Bavaricus, sed cum ῶν super ἁς scripto. Unde coniunxi ambas lectiones sic: καὶ τὰς τῶν κατά. REISK. τὰς expunxit Bekker. Malim servatum. SCHAEFER.

P. 1389. v. 15. βίον] τὸν βίον Barocc. 1. 2. REISK. Recte τὸν βίον Bekker. SCHAEFER.

P. 1389. v. 16. τῆς δ' ἀρετῆς καὶ τῶν ἐπαίνων] Affinis nomina significationis. Hesiodus O. et D. 288. Br.:

— πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Nec soli poëtae v. ἀρετὴ hoc sensu usurparunt. Plutarchus V. Philopoem. c. 14. πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς καὶ τῆς δόξης ἀφαιρεθεὶς —. Anecd. Bekk. p. 443. extr. Ἀρετή: Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ εὐδοξία. Add. not. ad p. 385, 12. SCHAEFER.

P. 1389. v. 16. ἀρετῆς] δ' ἀρετῆς margo Lutetianae e Paulina, Barocc. 1. 2. Rawlinson. Harlei. REISK. Margo Lutetianae ad τῆς δ' ἀρετῆς adscriptum habet: καὶ τῆς ἀρετῆς. Ut etiam de Codd. Anglicis Reiskius falsa narrasse videatur. SCHAEFER.

P. 1389. v. 18. λόγων] Vocabuli huius hoc loco eadem est vis atque latini *artium*. REISK. Boissonadus ad Marin. p. 128.: „Credo λόγων esse eliminandum, utpote glossema pronominis ὧν." Nec Boissonadi crisin nec Reiskii interpretationem probo. Intelligendi οἱ ἐπιτάφιοι λόγοι. SCHAEFER.

P. 1389. v. 18. τούτοις] Vulg. τούτους. τούτοις Lessing. et margo Lutetianae e Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 1389. v. 18. ᾠήθησαν] S. οἱ τετελευτηκότες: αὐτοὺς pro ἑαυτούς. Sed quia praecessit ἡ πόλις, malim omnino legere ᾠή-

θῇ: idque in vertendo sequi non dubitavi: tametsi ᾠήθη δεῖν minus belle sonat. WOLF. ᾠήθησαν defendi potest: collectivum enim est πόλις et possunt οἱ πολῖται subaudiri. Malim tamen ᾠήθη cum Wolfio. REISK. Ego non item. Multum autem errat Wolfius αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς dictum habens subaudiensque οἱ τετελευτηκότες. SCHAEFER.

P. 1389. v. 21. ἀνδρίαν] ἀνδρείαν August. quintus. Et sic quoque deinde. REISK.

P. 1389. v. 23. ἀπηλλαττόμην] Post hoc verbum videtur μόνην desiderari. REISK. Non desideratur. SCHAEFER.

P. 1389. v. 23. ἀπηλλαττόμην τῶν λοιπῶν· ἐπειδὴ —] ἀπηλλαττόμην τῶν λόγων, ἐπειδὴ δὲ καὶ γεγενῆσθαι antiquum exemplar habet. OBSOP.

P. 1389. v. 23. λοιπῶν] λόγων margo Lutetianae e Paulina, item August. quintus. REISK. Bekkerus: „λόγων Y. v.“ Vere, ut opinor. *hac laudata, finem dicendi facerem.* Qui posset ἀπαλλάττεσθαι τῶν λοιπῶν, si nulla forent λοιπά? SCHAEFER.

P. 1389. v. 23. καὶ γεγενῆσθαι] Vulg. γεγενῆσθαι. καὶ γεγενῆσθαι margo Lutetianae e Paulina, liber Obsopoei, Bavaricus. καὶ καλῶς γεγενῆσθαι August. quintus. Dedi καὶ γεγενῆσθαι. REISK.

P. 1389. v. 24. φιλοτίμως] *praeclare, honeste.* φιλοτιμία enim *studium honoris et laudis* significat, rectum etiam et verum, nec semper eam, quae in vitio ponitur, ambitionem. Unde φιλοτιμεῖσθαι ἐπί τινι *rem aliquam sibi ducere laudi* significat. WOLF.

P. 1389. v. 26. εἴ—παραλιπών] εἰ παραλιπών August. quintus. παραλείπων Rawlinson. REISK.

P. 1389. v. 27. ἀρχῆς] Suspicabar aliquando ἀρετῆς. Sed bene habet vulgata. *a stirpe* seu *origine generis.* REISK.

P. 1390. v. 1. καὶ τῶν — κατ' ἄνδρα] *singulosque viritim avos.* SCHAEFER.

P. 1390. v. 2. τὴν φύσιν] *ortum,* rariori significatione. Infra v. 16. ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, *statim ac nata sunt.* Add. p. 1392, 22. 26. V. not. ad v. 7. et H. Stephanus Thes. c. 10279. C. SCHAEFER.

P. 1390. v. 2. τὴν] Abest ab August. quinto, Barocc. REISK. Dubium ad priusne τὴν an ad posterius referri oporteat. SCHAEFER.

P. 1390. v. 2. τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα] Laudes αὐτοχθόνων, quos *indigenas* verto, alii Aborigines dicere malunt, vide in Isocratis Panegyrico. WOLF.

P. 1390. v. 5. ἔφυσαν] Activum pro passivo ἐφύθησαν, vel a verbo, quod absolute capitur, φῦμι, unde ἔφυν, potius, quam a φύω et ἔφυσα. WOLF. Mirabilem notam tali viro ignosces. SCHAEFER.

P. 1390. v. 6. αὐτῶν] αὑτῶν Reisk. SCHAEFER.

P. 1390. v. 7. εἰς τὰς ἐπήλυδας — πόλεις] [ἐπηλύτας.] ἐπή-

λυτον Hesychius προσήλυτον, ἔποικον, ὁ καὶ μέτοικος, auctore Suida, ἐπήλυδας ξένους νεωστὶ ἄλλοθεν ἐλθόντας, ἐπιλέκτους ἢ. οὐκ ἰθαγενεῖς interpretatur, hoc est, advenam, inquilinum, hospites nuper aliunde huc profectos, adscitos aut non indigenas. Est autem ἰθαγενὴς ὁ ἐνταῦθα γεννηθεὶς, αὐτόχθων, γνήσιος παῖς, ὁ ἀδιάστροφον ἔχων τὸ γένος, id est, hic natus, indigena, germanus filius, incorrupto genere ortus. Sed ad rem. Si τὰς ἐπηλύτας πόλεις *adventitias urbes* exponas, ineptum fuerit: sin ἐπηλυτὰς cum accentu in ultima passive legas, quasi adventas urbes, (si ita liceat dicere,) vel in quas adventum est ab aliis, hoc est, in quas alii advenerunt, idem erit quod ἀποικίαι, coloniae. Quod si durius videbitur, mutato verborum ordine, τοὺς μὲν ἐπήλυδας (sic enim habet Aldinum exemplar per δ, non per τ) ἐλθόντας εἰς τὰς πόλεις. *eos, qui aliunde in civitates venerunt.* Sed ego Brucioli retineo lectionem, transposito tantum accentu, τοὺς εἰς τὰς ἐπηλυτὰς πόλεις, hoc est, εἰς ἀποικίας, *qui profecti sunt in colonias.* WOLF. Anne hoc antiquitatem sapiat? V. Hesychius in Ἐπήλυδας. TAYLOR. Videtur hic aliquid deesse. Fortasse legendum εἰς τὰς ἄλλων ἐπήλυδας —. *posteaquam aliorum in civitates venissent tanquam adventitii, inquilini.* Valckenarius simili modo ἑτέρας supplet Animadv. ad Ammon. p. 28.: εἰς ἑτέρας ἐπήλυδας —. REISK. Valckenarii commentum iure improbat Dindorfius praefat. p. XIV. Ipse dedit: τοὺς μὲν ἐπήλυδας ἐλθόντας εἰς τὰς πόλεις. Quae vocabulorum transpositio iam Wolfio in mentem venerat. Ac sane lenissima haec est medicina, (nam ut habeam pro periculosa non pervicit quidquid adhuc scriptum est contra Porsoni, Critici unius omnium longe longeque cautissimi *), de transpositionibus doctrinam, neque, opinor, pervincet quidquid in posterum scribetur,) si quidem locus indiget medicinae. Quod dubito. Nam

---

*) Ipse vir summus in litteris ad Dalzelium scriptis: „*When I said that transposition was a very safe remedy, I did not mean that people might transpose as they liked.*" Scilicet in Critica nihil non est periculosum, si hanc artem incaute contrectes. Enimvero quomodo in ea versandum sit nemo discat e regulis, quarum vel observantissimus in errores saepe incidat, sed sua quemque ἀγχίνοια compedes non patiens ac Porsonorum exempla docere debent. — De Porsono loquenti venit in mentem quod in Anglum nuper iactavit Buttmannus Lexil. T. II. p. 272. Stomachatus enim Oxonienses in Toupianis edidisse quae indigna sint luce, „*Zur Strafe*" ait „*dass Porson so alles herausgegeben, ist nun auch von diesem vieles, vieles gedruckt worden!*" Unde vero tandem rescivit Porsoni culpâ factum esse, ut talia ederentur? Legat, quaeso, praefationem in aedibus Clarendonianis scriptam ipsiusque Porsoni praemonitum: nam hinc satis superque apparet, quae illo in opere partes fuerint Magistri Artium Cantabrigiensis. Huiusmodi iactare voces multum doleo Buttmannos, h. e. liberalissimi hominis ingenii: non decent enim nisi obtrectatores nominis Porsoniani. SCHAEFER.

cum ἔπηλυς duorum sit generum *), quidni bene graece dicatur πόλις ἔπηλυς, h. e. πόλις cuius πολῖται sunt ἐπήλυδες? Athenas ecquis dubitet dicere αὐτόχθονας? Athenis oppositas hactenus urbes num abhorret dici ἐπήλυδας? Insolentius hoc dici non diffiteor: sed maxime Sophistas decet insolentia consectari. Velut hic ipse Sophista vocem φύσις usurpavit qua Demosthenes significatione non erat, ut arbitror, usurpaturus. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 1390. v. 8. ὁμοίους] In August. quinto cum prima manus dedisset ὁμοία, recentior vulgatam reposuit. REISK.

P. 1390. v. 10. γνησίους] Pro γνησίῳ, γνησίους. OBSOP. Ita corrigit Obsopoeus e suo libro lectionem Aldinae γνησίῳ. REISK.

P. 1390. v. 11. τὸ] Abest ab August. quinto, Barocc. 1. 2. Harlei. REISK.

P. 1390. v. 11. ἄνθρωποι] ἄνθρωποι Bekker. ἅνθρωποι Dindorf. SCHAEFER.

P. 1390. v. 15. πάντα γὰρ — φέρει] Sic Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, σοφὸν (f. σοφῶς), inquit, ἄρα ἡ πρόνοια διττοὺς ἐνέθηκε ταῖς γυναιξὶ τοὺς μαστοὺς, ἵνα, καὶ εἰ δίδυμα τέκοιεν, διττὰς ἔχοιεν τὰς τῆς τροφῆς πηγὰς, hoc est, *sapienter certe providentia bina mulieribus indidit ubera, ut, si forte gemellos peperissent, geminos haberent alimoniae fontes.* WOLF.

P. 1390. v. 17. πεποίηκε] πεποίηκεν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1390. v. 18. τοῖς τῶνδε τῶν] Vulg. τοῖσδε τῶν. τοῖς τῶνδε τῶν Lessing. Paulina. Et hoc dedi. REISK.

P. 1390. v. 21. ἄκαιρον] ἄκυρον Bavaricus. REISK.

P. 1390. v. 23. ζῆλον ἔχει πολὺν] *quae admodum gloriosa sunt.* Sed quia sequitur καὶ μῆκος λόγων ἄλυπον ἔχοντα, quid si pro ζῆλον ἔχει legas ζῆλόν ἐστι, ut iungas ἐστὶν ἔχοντα, ἀντὶ τοῦ ἔχει. WOLF.

P. 1390. v. 23. ἔχει] Num ἐκείνοις? Sed malui καὶ proximum insequens, uncis includere. REISK. καὶ expunxit Dindorf. Malim expungere ἔχει. SCHAEFER.

P. 1390. v. 23. λόγων] λόγου August. quintus, Rawlinson. Harlei. Utrumque dat Bavaricus. Ambigit inter utrumque Paulina dans λόγον. REISK. λόγου Bekker. SCHAEFER.

P. 1390. v. 24. ἐπὶ κεφαλαίων] Id est, *summatim et distincte.* WOLF. Non *distincte*, sed *summatim*, *summas rerum perstringens.* SCHAEFER.

---

*) Conf. Glossa Hesychii T. II. c. 662.: Νεήλυδος. νεωστὶ κατοιχομένης, νεωστὶ τετελευτηκυίας. SCHAEFER.

P. 1390. v. 25. πρόγονοι καὶ πατέρες —] πρόγονοι significat totum maiorum genus: quae sequuntur nomina complectuntur varias huius generis formas. SCHAEFER.

P. 1390. v. 26. ὑπὸ τῶν ἐν γένει] *a cognatis, ab his, qui ex eadem sunt oriundi familia.* Intelligi autem debent non tam οἱ δῆμοι καὶ αἱ φυλαὶ, secundum quas Attici distinguebantur, quam gradus cognationum in linea, ut vocant, descendente: cuiusmodi sunt tritavus, atavus, abavus, proavus, avus, pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, etc. WOLF.

P. 1390. v. 27. ἠδίκησαν μὲν οὐδένα —] ῥᾴδιον ἐγκωμιάζειν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις. WOLF.

P. 1390. v. 28. πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις —] [πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καλοῖς, κἀγαθοῖς καὶ δικαιοτάτοις εἶναι.] Comma post κἀγαθοῖς delendum, ante καλοῖς ponendum est. *Nam praeter caetera omnia insigni etiam bonitatis et iustitiae laude florebant.* WOLF. Reiskiana ante πρὸς et post κἀγαθοῖς subdistinctiones habet. Sane iungenda sunt ἅπασι τοῖς ἄλλοις καλοῖς κἀγαθοῖς: ut quod sequitur καὶ significet *etiam.* Sed non propterea cumulandae interpunctiones. Delevit etiam Bekker. Conf. p. 1391, 12. SCHAEFER.

P. 1391. v. 1. λαμπρὰ] καλὰ August. quintus, margo Lutetianae, Barocc. 1. 2. Rawlinson. Harlei. REISK.

P. 1391. v. 2. τὸν Ἀμαζόνων] Interserit August. quintus τῶν. Sic Barocc. 1. 2. REISK.

P. 1391. v. 2. ἐλθόντα] ἐλθόντες August. primus, Rawlinson. Quod nescio an melius vulgato sit. *primo statim impetu* vel *aggressu.* Vulgata significat *qui subito ingruisset.* REISK. ἐλθόντ' Bekker. Atque ex apostropho natum est vitiosum illud ἐλθόντες, quod miror Reiskio placuisse. V. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 763. s. SCHAEFER.

P. 1391. v. 5. πολλῶν] τὸν πολλῶν in antiquo erat. OBSOP. Vulg. τῶν πολλῶν. Articulum omittunt August. quintus, Bavaricus, Aldina. Eius loco dant τὸν liber Obsopoei et Paulina. τὸν πολλῶν etiam Barocc. 2. τῶν πολλῶν Rawlinson. Harlei. τῶν delevi. REISK.

P. 1391. v. 5. ἄλλων] ἄλλον Harlei. REISK.

P. 1391. v. 5. ἐκ τῆς οἰκείας] Id est τῆς Ἀττικῆς. De his sive fabulis sive historiis Isocratem et Pausaniam consulito. WOLF.

P. 1391. v. 5. οἰκείας] Vulg. οἰκίας. οἰκείας margo Lutetianae, Bavaricus, August. quintus, Wolfiana. Et sic correxi. REISK.

P. 1391. v. 6. ἐκ τῆς] Absunt a Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. REISK.

P. 1391. v. 7. πρὸς ἑσπέραν] πρὸς δύσιν. Eumolpum Thra-

cem fuisse et Amazones ad Thermodontem, Themiscyrae seu Cappadociae fluvium, habitasse tradunt. Qua autem ratione versus occasum aut septentrionem progressi sint et quos populos subegerint, nostra nihil interest. Illud nostra interest, cavere, ne Scythicae gentes toto Christiano adhuc reliquo orbe propter intestina bella nostra *) potiantur. WOLF.

P. 1391. v. 7. πάντες οὐϑ'] [πάντες οὐδ'.] pro οὐδένες. Sic Isocrates οὓς πάντες οὐκ ἐτόλμων, pro οὐδένες. Quanquam πάντές ἐμφατικώτερον est propter antithesin, quasi dicat: soli Athenienses vicerunt eos, quibus alii universi resistere non audebant. WOLF. De Wolfii errore, ut decet immortalia huius viri merita, leniter iudicabis. SCHAEFER.

P. 1391. v. 7. οὔϑ'] Vulg. οὐδ'. Dedi de meo οὔϑ' ob insequens οὔτ'. REISK. Iure dedit: nec propterea Reiskium nimiae sedulitatis arguere debebat Boissonadus ad Eunap. p. 421. SCHAEFER.

P. 1391. v. 8. κωλῦσαι] Pro κωλύσαι, καταλύσαι. OBSOP. καταλύσαι August. quintus, Rawlinson. Harlei. Barocc. 1. 2. margo Lutetianae e codice Obsopoei. REISK. κωλύσαι Reisk. Bekkerus: „καταλῦσαι S. Y. O. v.“ Placet. SCHAEFER.

P. 1391. v. 8. τῶν Ἡρακλέους παίδων] Ea de re exstat elegans Euripidis tragoedia, Heraclidae. WOLF.

P. 1391. v. 10. ἡνίκα] ἡνίκ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1391. v. 11. φεύγοντες] φυγόντες Harlei. REISK.

P. 1391. v. 13. τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας] S. στρατεύσαντας. Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις dativo, ut subintelligas ἀποϑανόντες, apud Aeschylum inscribitur Tragoedia. Vide Ἱκέτιδας et Phoenissas Euripidis et Antigonen Sophoclis. WOLF.

P. 1391. v. 13. Θήβας] V. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 387. SCHAEFER.

P. 1391. v. 14. τῶν — εἰς μύϑους—] Sic Isocrates: εἰ καὶ μυϑώδης ὁ λόγος γέγονεν. WOLF.

P. 1391. v. 14. ἀνηνεγμένων] [ἀνηγμένων.] Ab ἀνάγομαι. Alii ἀνενηνεγμένων, ab ἀναφέρομαι. WOLF. ἀνηνεγμένων annotatum reperi in Aldina Lessing. Nam in Aldina est ἀνενηνεγμένων, quomodo etiam in August. quinto est. ἀνηγμένων est in Weimar. REISK. Infra v. 22. libri consensu dant ἐπανῆκται: ut vulgata h. l. non mutanda videatur. SCHAEFER.

P. 1391. v. 15. ἕκαστον] Sic et Bavaricus, sed super ν est ς superscriptum. REISK.

P. 1391. v. 16. εὐσχήμονας] εὐσχήμονα August. quintus. REISK.

---

*) Haec olim Wolfius miserans suorum temporum infelicitatem. Quid nunc diceret, si in alta pace humanitatem barbariae Scythicae prodi conculcandam videret adeoque de prodita *Io Triumphe!* concini audiret ab his ipsis, quorum maioribus iidem barbari tantum non attulerunt perniciem? SCHAEFER.

P. 1391. v. 17. καὶ τοὺς τῶν —] Malim τοὺς τῶν —, omissa καὶ coniunctione, cum τὰ ᾀδόμενα sint fere ἔμμετρα, et τὰ ᾀδόμενα non tam pro cantatis quam pro laudatissimis accipio, ἀντὶ τῶν φημιζομένων καὶ εὐφημουμένων. Nam τὸ ᾄδειν Varinus exponit ψάλλειν, φημίζειν, et poetice capi pro ἀείδειν, hoc est, ἐμμέτρως καὶ ἐμμελῶς λέγειν, *cum certa mensura et modo dicere.* Licet igitur, ut ἐμμέτρους ποιητὰς intelligas hoc loco eos, qui ligata oratione scripserunt, τοὺς τῶν ᾀδομένων ποιητὰς auctores cantilenarum. WOLF. ἔμμετροι ποιηταὶ sunt οἱ ἐν μέτρῳ, τουτέστιν ἔπει, γράψαντες, qui carmina versibus iustae magnitudinis condiderunt, verbo epici, qui opponuntur τοῖς τῶν ᾀδομένων (scilicet μελῶν) ποιηταῖς, hoc est, lyricis. REISK. οἱ ἔμμετροι ποιηταὶ etiam de tragicis intelligendi. SCHAEFER.

P. 1391. v. 18. τὰ ἐκείνων] τἀκείνων Bekker. SCHAEFER.

P. 1391. v. 18. τῆς αὑτῶν μουσικῆς] *eruditionis et eloquentiae suae*, ut etiam ad συγγραφέας, id est, rerum gestarum scriptores, referatur. WOLF. V. Locellae doctissimam disputationem ad Xenophont. Ephes. p. 125. sqq. Miror autem Wesselingium ob hanc ipsam phrasin suspicantem, Oratorem, cum haec scriberet, spectasse etiam Herodoti locum IX. 27. Hoc enim argumentum ab Historico tam leviter perstringitur, ut nequeat dici ὑπόθεσις τῆς αὑτοῦ μουσικῆς. SCHAEFER.

P. 1391. v. 20. τῷ] ᾧ margo Lutetianae. REISK.

P. 1391. v. 21. ὑπογυιότερ'] ὑπογυώτερα Rawlinson. Harlei. REISK. Bekkerus: „ὑπογυώτερ' S. Y. Q. O. v.“ V. not. ad p. 841, 6. 1415, 5. SCHAEFER.

P. 1391. v. 21. τοῖς χρόνοις] τῷ χρόνῳ margo Lutetianae. Utramque lectionem dat August. quintus. REISK.

P. 1391. v. 21. οὔπω] οὕτω August. quintus, sed cum vulgata superscripta. REISK.

P. 1391. v. 21. οὔπω μεμυθολόγηται] *nondum a poetis celebrata sunt:* quanquam inter Aeschyli tragoedias est, quae Πέρσαι inscribitur. Quod μῦθον esse aiunt λόγον ψευδῆ τὴν ἀλήθειαν εἰκονίζοντα, huc non pertinet, sicut nec eo, ubi dicit Isocrates: ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι. *ut poetae vel arcanae literae tradunt.* Sed ibi plura de hoc vocabulo, quae consulas licet. WOLF. Cave vertas: *nondum facta sunt fabulae.* Vertendum: *nondum induta sunt ornatu mythico, nondum traxerunt colorem mythicum.* V. p. 1398, 5. Quod autem Sophista dicit οὔπω, sperare se ait progressu temporis rem fore: quanquam facile suspiceris iam ipsius aetate τῷ ἱστορικῷ satis admistum esse τοῦ μυθικοῦ. Quae eum spes non fefellit. Ita quas nos vivendo attigimus summi ad omnem humanitatem res momenti post multas annorum centurias μυθολογήσονται. SCHAEFER.

P. 1391. v. 22. τάξιν] λῆξιν margo Lutetianae. REISK. Me-

morabilis scriptura inprimisque Sophistam reconditiora captantem decens. Conf. varietat. lection. ad Herodotum IV. 21. SCHAEFER.

P. 1391. v. 22. τὸν] Post τὸν addunt μὲν August. quintus, Barocc. 1. 2. Rawlinson. Harlei. REISK.

P. 1391. v. 23. μόνοι δὶς ἠμύναντο] Pugna Marathonia et expeditio Xerxis vel pueris notae sunt. WOLF. μόνοι addidit ῥητορικώτερον ἢ ἀληθέστερον. Idem ἀλαζόνευμα p. 1392, 6. SCHAEFER.

P. 1391. v. 26. πᾶσι] ἅπασι August. quintus. REISK.

P. 1391. v. 26. προείρηται μὲν — ὑπ' ἄλλων] Sic Isocrates in oratione ad Philippum Herculem Agamemnoni praefert in hanc (ut nos quidem vertimus) sententiam: *Susceptaque adversus Troiam expeditione, quae tum in Asia potentissima erat, tanto praestantior imperator fuit illis, qui post eandem oppugnarunt, ut, quam illi totius suffulti Graeciae viribus decimo demum anno vix expugnarunt, eam ipse intra dies pauciores, quam illi annos, facile vi in potestatem suam redegerit.* WOLF.

P. 1391. v. 27. δεῖ δὲ μηδὲ νῦν] Sic lege. WOLF. μηδὲ, quod deest Aldinae, addidit Lessingianus. Weimaranus autem οὐ addidit ante δεῖ. REISK.

P. 1392. v. 1. τοσοῦτον] τοσούτῳ Barocc. 1. 2. Harlei.: item Bavaricus, sed cum ον superscripto. REISK. τοσούτῳ Bekker. V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

P. 1392. v. 2. Τροίαν] Τροίᾳ August. quintus, Paulina, Rawlinson. REISK.

P. 1392. v. 3. ὅσον] Vulg. ὅσων. ὅσον August. quintus, Aldina, Paulina. ὅσῳ Barocc. 2.: item Bavaricus, sed cum ον superscripto. REISK. Aut τοσοῦτον — ὅσον scribendum, aut τοσούτῳ — ὅσῳ. Hoc praeferam. V. not. ad p. 896, 2. SCHAEFER.

P. 1392. v. 3. ἐξ ἁπάσης] Pro duobus his verbis dat August. quintus unum Ἕλληνες. Sic Barocc. 1. Rawlinson. Harlei. REISK.

P. 1392. v. 5. χωρίον] χωρίων Aldina, Paulina. REISK.

P. 1392. v. 6. ἐκ πάσης τῆς ἠπείρου] e tota Asia. V. Interprett. ad Isocratis Panegyric. c. 36. et 46. SCHAEFER.

P. 1392. v. 6. κατεστραμμένον] κατεστραμμένα August. quintus. REISK.

P. 1392. v. 8. ἠδίκουν] Recte refertur ad τὸν στόλον ut collectivum nomen. SCHAEFER.

P. 1392. v. 8. ἔτι] ἔστι August. quintus. REISK.

P. 1392. v. 12. ἑαυτοὺς] αὐτοὺς Barocc. 1. REISK.

P. 1392. v. 13. ὅ τι] τί August. quintus, Barocc. 1. REISK.

P. 1392. v. 15. ταῦτα τὰ πραχθέντα] Videtur hic aliquid

deesse, f. πάλαι aut ἑτέροις. *haec olim aut ab aliis gesta.* REISK. Nihil deest. SCHAEFER.

P. 1392. v. 16. ἀπηριθμηκέναι] simpliciter enumerasse, non oratorie persecutum esse. SCHAEFER.

P. 1392. v. 17. ἡ ἐκείνων ἀρετὴ—ἐστι διελθεῖν] Pro ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ καλὰ δίδωσιν εἰπεῖν καὶ πρόχειρα, ἃ ῥᾴδιον μέν ἐστι διελθεῖν, antiquum ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ δείκνυσιν αὐτῇ, ἃ καὶ πρόχειρα καὶ ῥᾴδιον ἐπελθεῖν ἐστι. OBSOP. Locum hunc e codice Obsopoei et indice Paulinae margo Lutetianae sic exhibet: ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ καλὰ δείκνυσιν αὐτή, ἃ καὶ πρόχειρα καὶ ῥᾴδιον ἐπελθεῖν ἐστιν. Sic etiam Rawlinson. et Harlei. August. quintus in extremis cum hac lectione consentiens priora sic exhibet: ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ δείκνυσιν, ἃ καὶ πρόχειρα καὶ ῥᾴδιον ἐπελθεῖν ἐστιν. Sic Barocc. 1. 2. REISK. Reiskium secutus est Bekkerus, nisi quod in Oxon. 'κείνων, in Berol. κείνων dedit. ἡ 'κείνων ἀρετὴ δείκνυσιν αὐτὴ ἃ καὶ πρόχειρα καὶ ῥᾴδιον ἐπελθεῖν ἐστίν Dindorf. Cuius scripturae ea est a libris auctoritas, ut Sophistae reddendam esse non dubitem. SCHAEFER.

P. 1392. v. 17. δίδωσιν αὐτῇ] Vulg. δίδωσιν. Addidi αὐτῇ. *ipsa sola per se.* REISK.

P. 1392. v. 18. μέν] Aut tollendum est μέν, aut cum μοι mutandum, aut cum οὐκ. *quae facile non sit oratione exsequi.* REISK. De negativa cogitari vetat huius loci ratio. SCHAEFER.

P. 1392. v. 18. διελθεῖν,] διελθεῖν. Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1392. v. 20. εὐγενείας—μεγίστων] εὐγενείας ὑμῶν καὶ τῶν μεγίστων Barocc. 1. 2. REISK.

P. 1392. v. 20. παρὰ τοῖς προγόνοις] Absunt ab August. quinto, Bavarico, Aldina, Rawlinson. Harlei. REISK.

P. 1392. v. 21. τὸν λόγον] Sic August. quintus quoque, sed cum ῶν et ων fini utriusque vocabuli superscripto. REISK.

P. 1392. v. 22. τὰς φύσεις ἦσαν συγγενεῖς] Quomodo? Ut maiores et posteri. Nam ad Chaeroneam interfecti ab illis Persarum victoribus oriundi fuerunt. WOLF.

P. 1392. v. 22. καὶ] Abest ab Aldina, Paulina, Bavarico, Barocc. 2. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 1392. v. 25. κἀκείνοις καὶ μάλιστ' ἀμφοτέροις] Nescio quomodo haec verba mihi non placent, et tamen nihil habeo melius. κἀκείνοις accipio τοῖς προγόνοις. Pro μάλιστα malim legere μᾶλλον, *vel potius, atque adeo utrisque.* WOLF. Post ἀμφοτέροις videtur ἁρμόττοντα deesse. REISK. Omnia vana. Verte: *rem fore neque illis ingratam et utrisque gratissimam.* SCHAEFER.

P. 1392. v. 26. τῇ] Abest ab August. quinto. REISK.

P. 1392. v. 27. ἐν τῷ μεταξὺ διαλαβεῖν] *interrumpere teno-*

rem orationis. Poterat sic scribi: ἀνάγκη δὲ μεταξὺ λέγοντα πρὸ τοῦ —. SCHAEFER.

P. 1392. v. 28. καὶ] etiam. Nam cognatorum benevolentia parata erat. SCHAEFER.

P. 1393. v. 2. τινα] τιν' Bekker. SCHAEFER.

P. 1393. v. 4. ἂν] Abest ab August. quinto, Harlei. REISK.

P. 1393. v. 4. ἀκριβέστερον — παρεσκευάσμην] In antiquo ἀφειδέστερον — παρεσκευασάμην. OBSOP.

P. 1393. v. 4. ἀκριβέστερον] ἀφειδέστερον margo Lutetianae, August. quintus, margo Bavarici cum γρ., Paulina. REISK. Recte: et adscivit Bekker. SCHAEFER.

P. 1393. v. 4. τοῦτο] ταῦτα margo Lutetianae, August. quintus, margo Bavarici, Barocc. 1. 2. Rawlinson. Harlei. REISK. Recte ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 1393. v. 4. παρεσκευάσμην] παρεσκευασάμην Paulina, Rawlinson. Harlei. REISK.

P. 1393. v. 5. ἔδοξα] ἔδοξε Harlei. REISK.

Vim eius non videtur percepisse ille, quisquis fuit, qui in margine Lutetianae ad προσήκει apposuit τοῦ βίου. Quod etiam Barocc. 1. additum habet. REISK.

P. 1401. v. 25. παρὰ τὸν λόγον] ἀπροσδιόνυσα. SCHAEFER.

P. 1401. v. 25. ἅπερ γιγνώσκω] [ἀπογινώσκω.] ἅπερ γινώσκω lege cum Bruciolo. WOLF. Sic correxit Lessingianus vitiosum ἀπογινώσκω, quod est in Aldina et Bavarico. Pari modo correxit Wolfius e Feliciānea. REISK.

P. 1402. v. 1. πρόσεχ', ὡς] [προσεχῶς.] Lege πρόσεχε, ὡς. WOLF.

P. 1402. v. 2. ἀκουσόμενος] ἀκουσάμενος Weimar. Post hoc vocabulum distinguit Bavaricus novam paragraphum ab ἐπειδὴ δὲ incipiens et distinctionem post Ἐπικράτης omittens. REISK.

P. 1402. v. 2. ὃν ἠβουλήθην] Pro ὧν ἠβουλήθη lege ὃν ἠβουλήθην. Post Ἐπικράτης v. 3. interpungito. WOLF. Ita correxit Wolfius pro Ald. ὧν ἠβουλήθη. Lessing. dedit ὃ ἠβουλήθην. Weimar. dat ὄν, altera voce intacta. REISK.

P. 1402. v. 4. ἐνίους] Post h. v. Weimar. addit φησί. REISK.

P. 1402. v. 4. τε] Abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 1402. v. 4. κάλλους μετεσχηκότων] καλῶς μετασχηκότων Barocc. 1. REISK.

P. 1402. v. 5. δὴ] δὲ Bavaricus, Aldina. Sed Weimar. delet. REISK. Videtur expungendum esse. SCHAEFER.

P. 1402. v. 10. πρὸς] Abest a Barocc. 1. et Aldina. Sed adscripsere Lessing. et Weimar. REISK. Delevit Bekker. Mallem servasset. Atque ipse in Cod. reperit. SCHAEFER.

P. 1402. v. 11. δυσκόλως ὁρᾶσθαι διακειμένους] Vulg. δυσκόλως διακειμένους. Post δυσκόλως addit εἶναι Lessing, Felic. Paul. et illinc margo Lutetianae. Aut hoc adsciscendum, aut legendum διακεῖσθαι, quod equidem malim. Aut legendum φαίνεσθαι vel ὁρᾶσθαι διακειμένους. Quod de meo praetuli. REISK. δυσκόλως διακειμένους Bekker. Infinitivum excidisse apparet. Sed qui exciderit quis dicat? SCHAEFER.

P. 1402. v. 12. αὑτοῖς] [αὐτός.] αὑτοῖς. WOLF. Sic corrigit Wolfius vitiosum αὐτός Aldinae. αὐτοὺς dat Weimar. REISK.

P. 1402. v. 13. ἐνεργάζεσθαι] Pro ἐργάζεται, ἐργάζεσθαι. WOLF. Vulg. ἐργάζεσθαι. Sic rursus corrigit Wolfius Aldinae ἐργάζεται. Bavaricus dat ἐνεργάζεσθαι. Sic Barocc. 1. Dedi ἐνεργάζεσθαι. Usurpat tamen hic scriptor interdum simplex pro composito, ut p. 1404, 18. REISK. Nisi forte etiam illic scribendum ἐνεργάζεται. V. not. ad p. 1412, 15. SCHAEFER.

P. 1402. v. 15. ἀπονοίᾳ] ἀπηνείᾳ margo Lutetianae, Ba-

rocc. 1. Vulgata possit ferri. Haud displicet tamen ἀπηνείᾳ, *truculentiae*, *scaevitati*. REISK. ἀπονοίᾳ unice probandum. Quae enim scriptor reprehendit, in quibus illa ipsa ἀπήνεια est, proficiscuntur e pravo de amatoribus iudicio. SCHAEFER.

P. 1402. v. 15. ἐνθυμουμένοις] Vulg. ἐνθυμουμένους. ἐνθυμουμένοις Bavaricus. ἐνθυμούμενος margo Lutetianae. Dedi ἐνθυμουμένοις. REISK. Praefero accusativum ut structurae reconditioris quaeque librarios facile moveret, ut dativum sufficerent. Plato de Republ. V. p. 453. HSt. Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ὑπολαβεῖν ἂν ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν; SCHAEFER.

P. 1402. v. 16. ἀποτόμως] Pro ἀποτόμως, ἀποτόμων. OBSOP. ἀποτόμων codex Obsopoei. REISK.

P. 1402. v. 18. μιᾷ γνώμῃ περὶ ἀμφοτέρων χρῆσθαι] Hoc est, *vel honestis vel turpibus de rebus iudicare sine consideratione circumstantiarum*. Sed haec sententia de rebus mediis, quae Graeci μέσα καὶ ἀδιάφορα nominant, intelligenda est. Nam ut virtute male uti nemo potest, (cum primum enim a recto, id est, medio, deflexerit, definit esse virtus vitiique sortitur nomen,) sic nec vitio bene quisquam; at vino, coniugio, amore, bello, eruditione, eloquentia et quae sunt huius generis aliis rebus, quae sunt δυνάμεις, ὄργανα, τέχναι, et recte uti et abuti queas. In hanc sententiam Isocrates in Panathenaico, *Rerum ipsarum naturae*, inquit, *neque prosunt neque obsunt nobis*, sed hominum usus atque actiones causae nobis omnium eorum sunt, quae a rebus proveniunt. Graeca sic habent: οὐχ αἱ φύσεις αἱ τῶν πραγμάτων οὔτ' ὠφελοῦσιν οὔτε βλάπτουσιν ἡμᾶς, ἀλλ' αἱ τῶν ἀνθρώπων χρήσεις καὶ πράξεις ἁπάντων ἡμῖν αἴτιαι τῶν συμβαινόντων εἰσί. WOLF.

P. 1402. v. 18. ἀμφοτέρων] τῶν τε καλῶν καὶ αἰσχρῶν. SCHAEFER.

P. 1402. v. 21. ὃ μόνον ἴδιον ἔθνος] [οἷς μόνον ἴδιον ἔθος.] *quibus duntaxat peculiaris hic mos insitus est, ut non omnes, sed bona et honesta ingenia sibi concilient.* Aldinum exemplar habet ὃ pro οἷς. Potest etiam sic exponi, nec verbis nec sententia repugnante: *quibus solis, nec iis tamen omnibus, sed bonis et honestis duntaxat, proprius mos conciliari solet.* ἴδιον ἔθος, s. τῶν ἐρωμένων. Animi amasiorum solis honestis amatoribus ita sunt dediti, ut eorum proprii esse videantur. In quam sententiam Aeschines in Timarchum et Lucianus in Amoribus et alii passim plura disserunt, quam bonis moribus expedit. WOLF. Pro ὃ dant οἷς Lessing. margo Lutetianae e Paulina, editio Wolfii. οὓς Weimar. Fortasse legendum: ὃ μόνον νὴ Δί' ἓν ἔθνος οὐχ ἅπασιν —. *quae una per Iovem sola natio* (amantium puta) *non omnibus* —. Saltim ἔθνος de meo sensu dedi. REISK. Probarem,

si ἴδιον abesset. Nunc accedo Wolfio, cuius prior interpretatio vera est. SCHAEFER.

P. 1402. v. 25. κατεγνωκόσιν αὑτῶν, ὡς —] *qui, conscii suae incontinentiae, se abstinere a flagitio, data occasione, non posse sperant:* de quibus illud usurpari queat, ὅτι προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία, *improbitati nihil deesse praeter occasionem.* Sed prudenter Cyrus apud Xenophontem, οὐδὲ σοὶ συμβουλεύω, inquit, ὦ Ἀράσπα, ἐν τοῖς καλοῖς τὴν ὄψιν ἐνδιατρίβειν· ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι. *Tibi etiam, Araspa, suadeo, ne in formosa facie defigas oculos: nam ignis tangentes urit, ac formosi etiam eos, qui eminus spectant, ita succendunt, ut amore ardeant.* Recte igitur Hebraeus Sapiens, *Qui periculum amat,* inquit, *dignus est, qui in eo pereat.* WOLF.

P. 1402. v. 29. δι'] Deest Barocc. 1. REISK.

P. 1402. v. 29. ηὐξήθησαν] *cumulate ornateque sint peractae.* V. p. 1406, 6. REISK.

P. 1403. v. 1. ὑποψίαν ἔχειν] ὑπόπτους γενέσθαι. *suspectos haberi de turpitudine.* WOLF. De passiva significatione huius phrasis v. not. ad p. 1306, 7. Sed h. l. activam esse docet oppositum p. 1402, 27. οὐκ ἄλογον ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν. SCHAEFER.

P. 1403. v. 3. ἐπήρθην] ἐπήρθην Bekker. SCHAEFER.

P. 1403. v. 6. οὐκ ἀνόητον] [ἀνόητον.] Lege οὐκ ἀνόητον. WOLF. οὐκ abest a Bavarico et Aldina, sed addiderunt Lessing. Weimar. Wolfius. REISK.

P. 1403. v. 6. ἀνόητον] ἀνόνητον Barocc. 1. REISK.

P. 1403. v. 8. κατεπείγει] Vulg. κατεπείγειν. κατεπείγει Paulina, Wolfiana. Dedi sic correctum et distinctum hunc locum: — κατεπείγει (in indicativo), νομίζω τῆς μὲν —. REISK. Parisina post νομίζω interpungit. SCHAEFER.

P. 1403. v. 10. οὐ] οὐδὲ Barocc. REISK.

P. 1403. v. 11. καὶ] Videtur defectum prodere. Malim abesse aut aliud quid addi cum χαλεπὸν ad sententiam conveniens, fortasse ἐπικίνδυνον. REISK. Nec delendum καὶ nec quidquam addendum. SCHAEFER.

P. 1403. v. 12. τὸν συμβουλεύειν μέλλοντα] Malim cum Bruciolo τὸ συμβουλεύειν, μέλλοντα αὐτὸν ὑπεύθυνον —. Suasor obnoxius est consultori ad praestandum consilii eventum. Iniquissima certe lex, si transferatur et ad ea negotia, in quibus fortuna dominatur: morum quidem praecepta minus periculosa sunt. WOLF. τὸ σ. margo Lutetianae e Paulina. Post ἐπικινδυνότερον addi velim τῷ. τῷ τὸν συμβουλεύειν μέλλοντα, *propterea quod ille, qui consilium dare vult.* REISK. Multum erravit debuitque

Wolfium audire. τὸ dedit etiam Bekker. μέλλοντα iungendum infinitivo καταστῆσαι. SCHAEFER.

P. 1403. v. 13. ὑπεύθυνον — καταστῆσαι] Non modo eventus dati consilii a consultore praestandus est, sed etiam vitae ratio moresque, ne praeceptis repugnent. REISK.

P. 1403. v. 16. δικαίως] δίκαιος Paulina. δίκαιοι Barocc. 1. REISK. Mox corr. περιγενέσθαι. SCHAEFER.

P. 1403. v. 22. οὐδὲ τὰ μετρίως] Sic legendum est. OBSOP. [τὰ μετρίως.] Lege οὐδὲ τὰ μετρίως. WOLF. οὐδὲ, quod abest ab Aldina, addunt Lessing. Weimar. Wolf. REISK.

P. 1403. v. 22. πέφυκε] πέφυκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 1403. v. 23. λόγῳ.] λόγῳ, Bekker. Magis placet plene distingui: hic enim Sophista ipsum argumentum ingreditur. Ut non displiceat quod habet Cod. Bekk.: ἡγοῦμαι δὴ —. SCHAEFER.

P. 1403. v. 25. καθήκειν] Pro κατειπεῖν in antiquo κατεπείγειν. OBSOP. [κατειπεῖν.] Lege πρέπειν ac potius καθήκειν. Isocrates in Euagora: παῖς μὲν γὰρ ὢν ἔσχε κάλλος καὶ ῥώμην καὶ σωφροσύνην, ἅπερ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέστατα τοῖς τηλικούτοις ἐστί. *Nam in puerili aetate forma floruit et robore et modestia, quae dotes eam aetatem in primis decent.* WOLF. πρέπειν Lessing. Weimar. margo Lutetianae e Paulina. κατειπεῖν Bavaricus, Aldidina. κατεπείγειν liber Obsopoei, Barocc. 1. REISK. κατεπείγειν Bekker. Mihi si optio detur, praeferam πρέπειν. κατεπείγει μοι διατελεῖν ἔχοντα non videtur dici posse. SCHAEFER.

P. 1403. v. 26. ἀνδρίαν] Sic et Bavaricus, sed cum ει super ι scripto. REISK.

P. 1403. v. 27. ἀμφοτέρων τούτων] τῆς τε ὄψεως καὶ τῆς ψυχῆς. Negat Sophista hanc aetatem decere ὄψιν θηλυπρεπῆ. SCHAEFER.

P. 1403. v. 29. περίβλεπτον — διατελεῖν] Adverte verbum διατελεῖν iunctum et adiectivo et participio: cuius constructionis, quamvis aliis parum concinna, aliis ne graeca quidem videatur, exempla passim occurrunt. Simillimum citavi ad Dionys. Halic. de C. V. p. 200. SCHAEFER.

P. 1404. v. 1. παρὰ] I. q. διά. V. Iulianea p. VIII. SCHAEFER.

P. 1404. v. 1. προαγαγὼν] προάγων Barocc. 1. REISK.

P. 1404. v. 1. προαγαγὼν ἥκεις] pro προήγαγες. *tua diligentia eo evexisti.* ἥκεις, pro quo alias τυγχάνεις dicunt. WOLF. Phrasis decens orationem altius surgentem ideoque poëtis frequentata. V. Brunckius ad Sophocl. Philoct. 181. SCHAEFER.

P. 1404. v. 2. τῶν] Abest ab Aldina, Paulina. REISK.

P. 1404. v. 3. χρὴ] τί χρὴ Bekker., posito signo interrogandi post ἄξιον. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1404. v. 3. ὑπὸ μὲν — θαυμάζεσθαι] [οὐχ ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν — θαυμάζεσθαι;] Si interrogationis notam verbo apponas, tolerari negatio potest, quam Bruciolus omisit, fortasse quod ἀγωνιστικώτερος ὁ λόγος διὰ τῆς ἐρωτήσεως videretur. Quanquam Isocrates etiam interrogationibus in encomiis utitur, praesertim in conclusionibus aliquorum locorum. WOLF. Post ἄξιον addunt οὐχ Bavaricus, Aldina et Barocc. 1. REISK. οὐχ ὑπὸ μὲν — θαυμάζεσθαι; Bekker. Mihi placet Reiskium sequi: ut καίτοι χρὴ — θαυμάζεσθαι sit enuntiatio καταφατική. SCHAEFER.

P. 1044. v. 3. ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν —] Plerumque congruunt hominum iudicia cum fortunae favore. Ac ita oportere fieri praecipit Manilius Astrologus de fatali necessitate scribens sapientissimis versibus, quos adscribere placet:

Nec tamen haec ratio facinus defendere pergit
Virtutemve suis fraudare in praemia donis.
Nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas,
Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo,
Gratia nec levior tribuetur dulcibus escis,
Quod natura dedit fruges, non ulla voluntas.
Sic hominum menti tanto sit gloria maior,
Quod coelo gaudente venit: rursusque nocentes
Oderimus magis in culpam poenamque creatos.
Nec refert, scelus unde cadat: scelus esse fatendum.
Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.

WOLF.

P. 1404. v. 6. καθόλου] καθ' ὅλου Bekker. SCHAEFER.

P. 1404. v. 7. ἁρμόττει] ἁρμόσει margo Lutetianae et textum Bavarici cum η super diphthongo. Margo eiusdem dat vulgatam cum γρ. REISK. ἁρμόσει Bekker. SCHAEFER.

P. 1404. v. 10. ταῦτα δηλῶσαι] Malim ταῦτα νῦν δηλῶσαι, *nunc*, propter oppositum modo praemissum ὕστερον. REISK. F. ταῦτ' ἤδη δηλῶσαι. SCHAEFER.

P. 1404. v. 12. τούτου] Malim τοῦτο. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 1404. v. 12. μέλη] Sic et Bavaricus, sed cum ρ super λ scripto. μέρη Barocc. 1. REISK.

P. 1404. v. 13. σῶμα] Post h. v. videtur καλὸν deesse. REISK. Non deest. SCHAEFER.

P. 1404. v. 13. τίν' ἂν] τίνα Dindorf. Recte: nisi malis τίν' ἂν tali in constructione addi nequit. SCHAEFER.

P. 1404. v. 17. αὐτῷ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 1404. v. 17. γὰρ] Recte γὰρ ἂν Dindorf. SCHAEFER.

P. 1404. v. 17. θνητῶν] [θνητόν.] θνητῶν. WOLF. Vulg. θνητόν. Dedi θνητῶν e Wolfii coniectura. REISK.

P. 1404. v. 17. ὅ] [ὄν.] ὅ. WOLF. Sic correxit Wolfius vitiosum ὄν, quod est in Aldina et Bavarico. REISK.

P. 1404. v. 18. ἐργάζεται] V. not. ad p. 1402, 13. SCHAEFER.

P. 1404. v. 21. φύσεως] Vulg. φύσιν. φύσεως Lessing. editio Wolfii, margo Lutetianae e Paulina. Et hoc dedi. Videtur in libris olim h. l. duplex versata esse lectio, altera ἐπ' ἀνθρώπου φύσεως ἔχει, altera ἐπ' ἀνθρώπου φύσιν ἕλκει, *pertrahit divinam maiestatem ad humanam naturam*. REISK. φύσιν Bekker. Quod cur mutaretur nihil causae fuit. φύσις τῶν θεῶν ἀξία, *natura divinam aequiparans*. SCHAEFER.

P. 1404. v. 22. ἀνυπονόητον] Nemo suspicatur, illum colorem pigmentis quaesitum esse seu factitium. REISK. Similiter Ind. Graecitat. p. 52.: „cuius causae sunt extra suspicionem." Malim haec vertere: *nullis autem criminibus obnoxium*. SCHAEFER.

P. 1404. v. 23. ἃ πολλοῖς ἤδη —] In antiquo sic: ἃ πολλοῖς ἄλλοις ἤδη συνέπεσε τῶν κάλλους μετασχόντων. ἢ γὰρ διὰ ῥᾳθυμίαν τοῦ σχήματος ἅπασαν συνετάραξαν τὴν ὑπάρχουσαν εὐπρέπειαν. OBSOP.

P. 1404. v. 23. πολλοῖς ἤδη] πολλοῖς ἄλλοις ἤδη. WOLF. Post πολλοῖς addit ἄλλοις margo Lutetianae e Paulina aut codice Obsopoei. REISK. Addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 1404. v. 25. γὰρ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 1404. v. 25. διὰ ῥᾳθυμίαν] *propter ignaviam*. Cogita, num potius legendum videatur δι' ἀῤῥυθμίαν, *propter indecora lineamenta malamque proportionem, aut etiam gestus et motus corporis indecoros*. ῥυθμός, εὔρυθμος, εὐρυθμία, ἄῤῥυθμος, ἀῤῥυθμία. WOLF.

P. 1404. v. 25. σώματος] σχήματος codex Obsopoei, Barocc. 1. et Bavaricus. Sed in margine dat Bavaricus vulgatam cum γρ. REISK.

P. 1404. v. 26. συνετάραξαν] [συνέπραξαν.] συνετάραξαν. WOLF. Sic correxerunt Obsopoeus, Wolfius, Weimar. et Lessing. vitiosum συνέπραξαν, quod est in Aldina. REISK.

P. 1404. v. 27. συνδιέβαλον αὐτῷ] Id est, διέβαλον σὺν τῷ ἀτυχήματι. WOLF. Statim corr. ὤν. SCHAEFER.

P. 1405. v. 1. οὕτω] οὕτω γὰρ Bekker. SCHAEFER.

P. 1405. v. 1. ἐφυλάξατο — ὥστε — καταστῆσαι] *cavit — ne* s u â c u l p â *— faceret*. Vides cur positum sit ἐφυλάξατο. Nam ipse deus, si solus spectatur, nequit dici φυλάττεσθαι κῆρας, a quibus divinae naturae nihil metuendum est. SCHAEFER.

P. 1405. v. 3. δὲ] δὲ καὶ Barocc. 1. REISK.

P. 1405. v. 4. καὶ μὲν δὴ καὶ] V. Hoogeveenus Doctr. Part. L. Gr. T. I. p. 681. Differt formula καὶ — μὲν δή, de qua v. not. ad p. 641, 28. SCHAEFER.

P. 1405. v. 5. τῶν ὀμμάτων] Subaudi ὄντων ἐπιφανεστάτων a communi. REISK.

P. 1405. v. 7. τὸ δαιμόνιον] I. q. ὁ θεός. Mox v. 13. sequitur ἐπιδείξας, inflexâ πρὸς τὸ σημαινόμενον constructione. Nec quidquam differt ἡ τύχη v. 20. Minus accurate Lennepius ad Phalar. p. 339. SCHAEFER.

P. 1405. v. 7. κατεπείγουθ'] Pro κατεπάγουθ' in antiquo κατεπείγοντα. OBSOP. [κατεπάγουθ'.] κατεπείγουθ', *necessaria, urgentia*. Hoc est, *oculi non videndi modo usum tibi praebent*. WOLF. Vulg. κατεπάγουθ'. κατεπείγουθ' Bavaricus, Lessing. margo Lutetianae e Paulina, Weimar. liber Obsopoei. Et sic correxi. REISK.

P. 1405. v. 10. γιγνωσκομένης] [γιγνομένης.] γιγνωσκομένης. WOLF.

P. 1405. v. 10. σοὶ] Vulg. σοῦ. Dedi de meo σοί. Qui dativus cohaeret cum ἐνεφάνισε. REISK. Recte σοῦ Bekker. Opponitur alter genitivus ἐνίων. Ad ἐνεφάνισε subaudias τοῖς ἄλλοις. SCHAEFER.

P. 1405. v. 11. πρᾷον] πρᾶον Bekker. SCHAEFER.

P. 1405. v. 13. ἐπιδείξας] ἀποδείξας index Lambini. REISK.

P. 1405. v. 15. θαυμάσειε] θαυμάσειεν Bekker. SCHAEFER.

P. 1405. v. 15. πρᾳότητος] πραότητος Bekker. SCHAEFER.

P. 1405. v. 18. τοσαύτας] τοιαύτας margo Lutetianae, editio Wolfii. REISK.

P. 1405. v. 18. τοσαύτας ὑπεναντιώσεις—] Id est, cum vitia virtutibus proxima sint: unde fit, ut locus reprehensioni facillime detur. Hinc sunt illa Ciceronis in Partitionibus de cavendis iis vitiis, quae virtutem videntur imitari: „Nam et prudentiam (inquit) malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi superbia in animis extollendis et despicientia in contemnendis honoribus, et liberalitatem effusio, et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis, et iustitiam acerbitas, et religionem superstitio, et lenitatem mollitia animi, et verecundiam timiditas, et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi: studiis autem bonis similia videntur ea, quae sunt in eodem genere nimia.“ WOLF.

P. 1405. v. 18. πρὸς ἄλληλα] πρὸς ἀλλήλας Wolfius in Farragine et index Lambini. πρὸς ἀλλήλους margo Lutetianae. Quod non repudiem in unum vocabulum contractum. In Aldina est προσάλληλα tanquam adverbium. Neque hoc male. Fortasse legendum: τὰ τοσαύτας ἔχοντα ὑπεναντιώσεις πρὸς ἄλληλα. *fortuna res has nacta tot inter se habentes adversitates* vel *repugnantias*.

REISK. Neutrum ἄλληλα displicet: vellemque πρὸς ἄλληλα liceret transponi post ὁμολογούμενα v. 20. SCHAEFER.

P. 1405. v. 21. ὥσπερ εὐχὴν ἐπιτελοῦσα] *quasi signum aliquod perficiens e voto dedicandum*, aut *ac si signum aliquod perfecisset, quod ille sibi a fortuna perfici et elaborari votis conceptis flagitasset.* REISK. Simpliciter verte: *tanquam votum implens.* SCHAEFER.

P. 1405. v. 21. ἐπιδεῖξαι] ὑποδεῖξαι Barocc. 1. REISK.

P. 1405. v. 22. θνητὴν] Vulg. θνητόν. θνητὴν margo Lutetianae, Bavaricus. Et hoc dedi. REISK.

P. 1405. v. 22. εἴθισο] F. εἴθισται. WOLF. Placet. SCHAEFER.

P. 1405. v. 22. ἱστᾶσα] F. συνιστᾶσα. WOLF. Wolfii συνιστᾶσα cum probem, ausus tamen non sum recipere. REISK. Ego quoque probo. SCHAEFER.

P. 1405. v. 23. οἷόν τ' ἦν] Legendum οἷός τ' ἦν. *Si dicendi facultate pulchritudinis tuae laudes queam assequi.* OBSOP. Sic etiam Barocc. REISK. Gravior est vulgata. SCHAEFER.

P. 1405. v. 26. ἐπαινοῦντες] ἐπαινοῦντας margo Lutetianae. REISK. Hoc qui voluit (voluisse Lambinus videtur) ignoravit idioma syntacticum, de quo v. not. ad p. 414, 15. SCHAEFER.

P. 1405. v. 26. ἐπαινοῦντες] Post ἐπαινοῦντες aut circa deesse videtur τι aut τοῦτο μόνον. *hanc solam tuarum laudum.* REISK. Immo iungenda οὐδὲν τῶν προσόντων σοι. *totum quod tibi est formositatis decus laudandum nobis videretur.* SCHAEFER.

P. 1405. v. 27. χρησώμεθα] Vulg. χρησόμεθα. Per ω dat margo Lutetianae e Paulina. Dedi χρησώμεθα in coniunctivo. REISK.

P. 1405. v. 27. εἰ] Vulg. καί. εἰ Lessing. et margo Lutetianae. Et hoc dedi. REISK. Recte καὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 1405. v. 28. τερθρευώμεθα] τερθρεύειν Hesychius τηρεῖν, σκοπεῖν, λιπαρεῖν, *custodire, considerare, orare*, τερθρεύεσθαι, ἀπατᾶσθαι, *seduci*, τερθρείαν καὶ τέρθρευμα λογομαχίαν, φληναφίαν, φλυαρίαν, ἀπάτην, id est, *controversiam verborum, nugas, imposturam* exponit. WOLF. Vulg. τερθρευόμεθα. τερθρευσώμεθα index Lambini. τερθρευώμεθα rursus in coniunctivo dedi. REISK.

P. 1405. v. 28. ὑποβάλοι] ὑπερβάλοι margo Lutetianae. ὑποβάλλοι Barocc. 1. ὑπερβάλοι non caret specie ob insequens ὑπερτεῖναι. Retineo tamen vulgatam. REISK. Bekkerus: „ὑπερβάλοι Y. O." Perplacet. Vulgatam Ind. Graecitat. p. 515. male interpretatur. SCHAEFER.

P. 1406. v. 1. ἧς] Malim ἥν: nam cum accusativo construitur, si bene commemini, verbum ὑπερτείνειν in sensu superandi, non cum genitivo. REISK. Constructio cum genitivo non

habet quod quenquam offendat: quippe ὑπερτείνειν est de genere verborum, quorum excellentiam significantium solennis haec structura est. V. not. ad Porsoni Med. p. 77. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 1406. v. 1. τέχνῃ] Vulg. τέχνη. Cum iota subscripto dat editio Wolfii. REISK.

P. 1406. v. 3. ἀκίνητον ἔχει τὴν θεωρίαν] *sic spectanda se dant, ut maneant immota.* SCHAEFER.

P. 1406. v. 7. ἐπαινέσας ἐῶ] Vulg. ἐπαινέσαι ἔχω. Malim ἐπαινέσας ἐῶ. *istis commemoratis laudibus, hoc argumentum depono* ad aliud transiturus. Et sic dedi de meo. REISK. Recte ἐπαινέσαι ἔχω Bekker. SCHAEFER.

P. 1406. v. 8. τοῦτο] τοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1406. v. 10. τοιαύτης *)] τοσαύτης editio Wolfii. REISK.

P. 1406. v. 10. σοὶ] Id est ἐν σοὶ vel ἐπὶ σοί. Vel τὴν σὴν, scilicet ἡλικίαν. Vel ἡ σή. REISK. Vulgata bene habet. Iunge σοὶ συμβέβηκεν. SCHAEFER.

P. 1406. v. 11. ἐξαμαρτάνει, — προῄρηται] Lege in secunda persona: ἐξαμαρτάνεις, — προῄρησαι. WOLF. ἐξαμαρτάνεις et προῄρησαι margo Lutetianae e Paulina aut coniectura Wolfii. Utrumque etiam in Weimar. annotatum reperi. ἐξαμαρτάνειν Barocc. 1. Vulgatam tueor et servo: redit enim ad *tua aetas.* REISK. Scilicet si cum Reiskio σοὶ v. 10. mutes in τὴν σήν. ἐξαμαρτάνειν, — προῄρησαι Bekker. Assentirer, si scriptum legeremus μηδὲν ἐξαμαρτάνειν. Nunc idem mihi quod Wolfio placet. Atque ἐξαμαρτάνεις dat Cod. Bekk. προῄρησαι autem tot eius libri tuentur, ut inepti sit verbum addere ad hoc commendandum. SCHAEFER.

P. 1406. v. 12. κατὰ τὴν ὥραν] κατὰ τὴν ἡλικίαν. SCHAEFER.

P. 1406. v. 17. τῶν τοιούτων] Utrum τῶν ὁμιλιῶν ἢ ἀνθρώπων; *ita tractas eos homines* an *ita te geris in iis familiaritatibus?* Etsi eadem est utrobique sententia. WOLF. τούτων margo Lutetianae. REISK. τῶν τοιούτων neutrius generis videtur. προστῆναι πράγματος, *rem tractare.* SCHAEFER.

P. 1406. v. 20. ἐστί] ἐστίν Bekker. SCHAEFER.

P. 1406. v. 20. ἤδη] ἢ διὰ Barocc. 1. REISK.

P. 1406. v. 21. συμβουλευόντων] συμβουλευσάντων Barocc. 1. REISK. Recepit Bekker. Recte: sequitur enim πεισθέντων. SCHAEFER.

P. 1406. v. 22. πρὸς χάριν] Pro χάριν legendum πρὸς χάριν. OBSOP. [χάριν.] πρὸς χάριν. WOLF. πρὸς, quod abest ab Aldina, addunt Weimar. Lessing. Obsop. Wolf. REISK.

---

*) Corr. vitium typotheticum. SCHAEFER.

P. 1406. v. 23. ἐστι] Vulg. εἶναι. Malim ἐστι. Et sic dedi de meo. REISK. Infinitivum iure restituit Bekker. Est obliqua oratio: refertur enim, quid visum sit τοῖς συμβουλεύσασιν, ὡς οὐ χρὴ —. SCHAEFER.

P. 1406. v. 26. συμπίπτει] συμπίπτειν. WOLF. συμπίπτειν margo Lutetianae e Paulina aut coniectura Wolfii. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 1406. v. 27. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1406. v. 28. τοῖς ἄλλων] τοῖς ἄλλοις Barocc. 1. REISK.

P. 1406. v. 28. ἄλλων] M. τῶν ἄλλων, aut fortasse τῶν πολλῶν. WOLF.

P. 1406. v. 28. τοσοῦτο] τοσοῦτον Paulina. REISK. Praestat τοσοῦτο: nam sequitur consonans. SCHAEFER.

P. 1406. v. 28. τούτων] Malim ἐν τούτῳ. REISK. Ego non item. Scilicet τῶν ἄλλων. SCHAEFER.

P. 1407. v. 1. περιγεγενῆσθαι] Subaudi τῆς μέμψεως καὶ ἐπιπλήξεως. *ut saevorum et morosorum omnium criminationes atque reprehensiones eluseris atque viceris eo, quod* —. REISK. Immo τῶν χαλεπῶν καὶ δυσκόλων ἁπάντων neutrius sunt generis. Paulo ante dicuntur ἀδύνατα. SCHAEFER.

P. 1407. v. 2. συνεξαμαρτάνειν τί] Vulg. συνεξαμαρτάνειν. Addit Bavaricus τι. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 1407. v. 2. ἐνδιδοὺς] ἐνδοὺς Barocc. 1. REISK. ἐνδοὺς Bekker. Recte. Sequitur κρατήσας. SCHAEFER.

P. 1407. v. 3. τῆς — δυσχερείας] *eam, quae adversus ipsos est, difficultatem.* τὸ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐντυγχανόντων δυσχεραίνεσθαι [p. 1406, 25.], *odium eorum, qui te salutant et tuam consuetudinem expetunt.* WOLF. *offensam apud illos.* Minus recte Wolfius. SCHAEFER.

P. 1407. v. 3. εὐαρμοστίᾳ] Pro εὐαρμοστίᾳ erat συναρμοστίᾳ. OBSOP. συναρμοστίᾳ Barocc. 1. margo Lutetianae e codice Obsopoei. συναρμογῇ vult Wolfius in Farragine. REISK. Bekkerus: „συναρμοστίᾳ v. συναρμοστίᾳ S. Q. O." Proba vox συναρμοστία, etsi neglecta Lexicographis nostris. Nec tamen vulgata deserenda. ἡ τῶν τρόπων εὐαρμοστία, *morum facilitas*, quam honestatis studium non aversatur: ἡ τῶν τρόπων συναρμοστία, *morum accommodatio*, quae, si imiteris mores perversos, in vitio est. SCHAEFER.

P. 1407. v. 7. τῶν πλείστων] Scilicet ἐραστῶν. REISK. Immo ἐρωμένων. SCHAEFER.

P. 1407. v. 7. οὐδὲ ὃν ἂν προέλωνται] [οὐδὲν ἂν προέλωνται.] οὐδ' ὃν ἂν προέλωνται. *ne eum quidem, quem caeteris praetulerint.* WOLF. Sic correxit praeter Wolfium etiam Lessingianus. In Aldina et Bavarico est οὐδὲν ἄν. In Weimar. οὐδ' ἄν. REISK.

P. 1407. v. 7. ὃν] Scilicet ἐρώμενον. REISK. Immo ἐραστήν. SCHAEFER.

P. 1407. v. 8. ἀρέσκειν] Subaudi σε. Constructio haec est: συμβέβηκε σοὶ τὸ ἀρέσκειν σε πᾶσι. *evenit tibi, ut omnibus arrideres.* REISK.

P. 1407. v. 11. καλὸν] Post h. v. videtur τυγχάνειν deesse. REISK. Non deest. Subaudi μὴ ἄμοιρον καθεστάναι. SCHAEFER.

P. 1407. v. 11. παρὰ σοῦ] παρά σοι margo Lutetianae e Paulina, cuius index tamen vulgatam dat. Dativum item dat Lessing. REISK.

P. 1407. v. 12. ἥκει, τούτων οὐδ'] [ἥκει τούτων, οὐδ'.] ἥκει, τούτων οὐδ'. Comma ponendum post ἥκει. WOLF.

P. 1407. v. 13. τῶν] Non habet Dindorfiana typothetae, credo, culpâ. SCHAEFER.

P. 1407. v. 15. παρεσκεύακεν] Vulg. παρεσκεύασεν. παρεσκεύακεν Bavaricus, Aldina, Paulina. Et hoc dedi. REISK.

P. 1407. v. 16. τῶν] αὐτῶν Barocc. REISK.

P. 1407. v. 17. θηρωμένων] Pro θηρωμένης erat θηρωμένων. OBSOP. [θηρωμένης.] θηρωμένων. WOLF. Ita corrigunt Obsop. Weimar. Wolf. vitiosum θηρωμένης Aldinae. REISK.

P. 1407. v. 17. τοσοῦτον] Bekkerus: „τοσοῦτο v." V. not. ad p. 1406, 28. SCHAEFER.

P. 1407. v. 22. εὐήθης] εὐήθεια medium est vocabulum. Alias τῇ πανουργίᾳ opponitur, alias τῇ φρονήσει. Hoc loco simplicitas intelligitur. WOLF.

P. 1407. v. 23. οὐ κακοήθως] ἀκακοήθως margo Lutetianae e Paulina. REISK. Praeferrem, si a libris plus haberet auctoritatis. Adiectivum ἀκακοήθης ex Eusebio citarunt Angli H. Steph. Thes. c. 3515. D. SCHAEFER.

P. 1407. v. 25. καὶ τὸ σύνολον] Sic etiam textum Bavarici: sed in margine est γρ. καὶ συνελόντι. REISK.

P. 1407. v. 25. οἷος—γένοιτο] [οἷος ἄν τις ἐξ ἀρετῆς υἱὸς ἐρῶντι γένοιτο.] *qualis aliquis ex virtute filius amanti nasceretur* vel *fieret.* Ambiguum est, τὸ ἐξ ἀρετῆς utrum ad ἐρῶντι an ad γένοιτο referatur. οἷς ἂν γένοιτο υἱὸς, *talis, qualis fieri queat filius*, hoc est, *adoptari*, ἐρῶντι ἐξ ἀρετῆς, *ab amante propter virtutem.* Sicut Pauli Aemilii filium, eum, qui postea Scipio Aemilianus et Scipio minor cognominatus est, maioris Africani filius adoptavit. Sic intelligere malo, quam γένοιτο υἱὸς ἐξ ἀρετῆς. *si quis deam Virtutem amaret, non alius ei filius ex ea nasceretur.* Est enim ποιητικώτερον: etsi demonstrativum genus fateor esse liberius. WOLF.

P. 1407. v. 25. Ἔρωτι] Vulg. ἐρῶντι. ἔρωτι margo Bavarici cum γρ. Dedi Ἔρωτι cum ex hoc codice tum coniectura mea. Du-

dum enim ante, quam mihi liceret hunc codicem usurpare, in hanc emendationem incideram: cuius rei mihi testis esto mea interpretatio germanica ante perfecta et ad librarium Lemgoam missa, quam codex Bavaricus ad me Monachio deferretur. Elegantissima sententia, quamquam paulo floridior et poëticae magniloquentiae similior. *cuiusmodi ferme filius Cupidini deo e Virtute dea nasceretur*, si nasceretur unquam, laudibus utriusque parentis omnibus ornatus et cumulatus. O quam amabile corpus exsistere necesse est e congressione tot laudum et decorum, quot sunt Cupidini et Virtuti propria! Fingi animo vix queat aliquid perfectius atque amabilius. REISK.

P. 1407. v. 26. *τὴν τοίνυν ἀνδρίαν*] Pro *τὴν τοίνυν ἀνδρείαν* erat *τὴν τοιαύτην τοίνυν ἀνδρείαν*. OBSOP. Inchoata hic sententia non directe absolvitur, sed interrupta ab interiectis quibusdam, quae signis parentheseos secrevi, rursus p. 1408, 3. resumitur in istis: *σοῦ δ' ἐπὶ πολλῶν* —. REISK. Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana post *ἀνδρίαν* habet lineolam, indicem abruptae constructionis, positâ post *ἐστι* (sic sine paragogica littera) p. 1408, 3. plenâ interpunctione. Praetulerim Reiskii rationem: nam inchoatam resumi constructionem arguit *δ'* post *σοῦ* positum. V. Fr. A. Wolfii Xenophontea ad Hellen. I. 3. 20. SCHAEFER.

P. 1407. v. 26. *ἀνδρίαν*] *ἀνδρείαν* margo Lutetianae ex Aldina aut libro Obsopoei. REISK. V. not. ad p. 1408, 4. SCHAEFER.

P. 1407. v. 27. *ἔτι*] [*ἔστι*.] *ἔτι*. WOLF.

P. 1407. v. 28. *οὐ*] Post *χρόνου* addidi *οὐ* de meo. REISK. Recte delevit Bekker. Quae enim antecedit negativa simul refertur ad hoc posterius membrum. SCHAEFER.

P. 1408. v. 2. *μετὰ*] F. *κατά*. Recte dici *ἔπαινος κατά τινος* docent quae congessi H. Steph. Thes. c. 1531. B. Sic dicitur *ἐγκώμιον κατά τινος*. V. not. ad p. 68, 2. SCHAEFER.

P. 1408. v. 3. *εὐκτόν*] Recurrit p. 1410, 26. *τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην* Sophocles Fragm. ex inc. Tragoed. LX. V. Zonaras c. 917., qui quod Demosthenem citat auctorem, si hunc spectavit locum, quae Tittmanni opinio est, parum emunctae naris fuit. De hoc adiectivo nonnulla dedit Bastius Epist. Crit. p. 217. Conf. eiusdem Adversaria de Vocibus nihili post Scapulam Oxoniensem v. *Εὐκτέον*. SCHAEFER.

P. 1408. v. 4. *ἀνδρείαν*] *ἀνδρίαν* margo Lutetianae e Paulina: item v. 16., ubi etiam Bavaricus *ι* simplex dat. REISK. Bekkerus: „*ἀνδρίαν* v. qui sic ubique." Tamen servavit vulgatam, tandem, ut videtur, pacatus diphthongo. V. not. ad p. 1398, 7. *ἀνδρίαν* Dindorf. Sane alterutra forma omnibus huius libelli locis restituenda: nam ipsum scriptorem nunc simplicem vocalem nunc diphthongum maluisse eccui probabile videbitur? SCHAEFER.

P. 1408. v. 4. *διέλθῃ*] *διέλθοι*, ut oportebat, Bekker. SCHAEFER.

P. 1408. v. 4. *τῆς ἀσκήσεως*] Designat exercitationem cam-

pestrem seu eam, quae fiebat in campo, ubi iuventus docebatur arma tractare, rotare, iaculari, pyrrhichias agere, et quae sunt alia huius generis. REISK. Non quamlibet exercitationem, sed peculiare eius genus, quod mox describitur. SCHAEFER.

P. 1408. v. 6. ταύτην τὴν ἀγωνίαν] [τοιαύτην τὴν ἀγωνίαν.] M. ταύτην vel τὴν τοιαύτην. WOLF. Haec Wolfius, quasi in libris antiquitus editis esset τοιαύτην τὴν ἀγωνίαν, quod in nullo reperi. REISK.

P. 1408. v. 6. ὡς καλῶς προείλου] *quam praeclare prae caeteris delegeris.* τὸ ἱπποτροφεῖν τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον εἶναι, id est, *studium equos alendi beatissimorum esse munus*, in oratione περὶ ζεύγους testatur Isocrates. WOLF.

P. 1408. v. 8. δι' ὧν οὐδέτερον —] Bruciolus *) δι' ὃ οὐδὲ —. **) Malim sic: δι' ὃ παραλιπεῖν ἄξιον οὐδὲ τὸν —. WOLF. Vulgata bene habet. SCHAEFER.

P. 1408. v. 10. συνειδὼς] „pro simplici εἰδὼς" Ind. Graecitat. p. 478. Plus valet. *persuasum sibi habens.* V. p. 1416, 2. SCHAEFER.

P. 1408. v. 12. τοῦ δ' ἀποβαίνειν] M. τούτου δ' ἐπιβαίνειν. *hoc certamen aggredi, amplecti.* WOLF. Margo Lutetianae dat ἀναβαίνειν et ἐπιβαίνειν. Wolfii coniecturam ad h. l. refutat vulgatamque tuetur Harpocration v. Ἀποβάτης. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 425. s. 426. s. et Ind. Graecitat. p. 62. SCHAEFER.

P. 1408. v. 13. τοῦτον] τοῦτο Aldina, Paulina. REISK.

P. 1408. v. 15. γυμναζομένους οὐδὲν πρὸς] [γυμναζομένους οὐδὲν, πρὸς.] γυμναζομένους, οὐδὲν πρὸς. Comma ponendum ante οὐδὲν. WOLF.

P. 1408. v. 16. ἀνδρείαν] ἀνδρίαν Dindorf. V. not. ad v. 4. SCHAEFER.

P. 1408. v. 16. ἀνδρείαν — εὐψυχίαν] V. Ind. Graecitat. p. 261. s. Mihi videntur synonyma. Conf. not. ad p. 566, 17. 579, 6. SCHAEFER.

P. 1408. v. 17. τοὺς δὲ τὴν πυγμὴν] Pro τοὺς τὴν πυγμὴν in antiquo τοὺς δὲ τὴν πυγμήν. OPSOP. [τοὺς τὴν πυγμήν.] Lege τοὺς δὲ τὴν πυγμήν. WOLF. Aldinae δὲ deest. Correxerunt etiam Weimar. et Lessing. REISK.

P. 1408. v. 21. ἐξελέξω] [ἐξελέγξω.] ἐξελέξω, ab ἐκλέγομαι, non ab ἐξελέγχω. WOLF.

P. 1408. v. 22. ὡμοιωμένον] ὁμοιούμενον margo Lutetianae. REISK.

---

*) Id est Felicianus. REISK.
**) Sic et Paulina ad Felicianeam expressa. REISK.

P. 1408. v. 26. παντοδαπῶν] παντοδαπωτάτων placet Dindorfio praefat. ad Isocrat. p. IV. Ac tot concursus superlativorum adiungi positivum vix patitur. SCHAEFER.

P. 1408. v. 27. πρὸς γὰρ τοῖς τιθεμένοις —] Praeclara sententia. Sic etiam philosophiae studiosi non tam malignas illas mercedes, quae ipsis hoc numerari tempore solent, in praemiis numerandas putabunt, quam ipsam et cognitionis suavitatem et honestatem exercitationis. WOLF.

P. 1408. v. 27. τιθεμένοις] Ad τιθεμένοις addit Lambinus in indice, explicandi credo gratia, ὑπὸ τῶν ἀθλοθετῶν. Sane hoc subauditur: ut addatur, necesse nil est. Sed post h. v. addi velim αὐτό. *praeter enim praemia victoribus proposita ipsa exercitatio a magistris adhibita* (hoc est τὸ γυμνασθῆναι) *et a tironibus percepta multo studio diuturnaque contentione* (hoc est τὸ μελετῆσαι) —. τὰ τιθέμενα, scilicet ἆθλα, sunt praemia victoribus ab athlothetis proposita. REISK. αὐτὸ non opus addi: nam Reiskius, dum Lambinum iure reprehendit, eadem ipse chorda oberrat. SCHAEFER.

P. 1409. v. 4. τοσαύτης] τοιαύτης Bavaricus, margo Lutetianae. Malim utramque lectionem coniungi: μετὰ τοιαύτης καὶ τοσαύτης παρασκευῆς. REISK. Recte τοιαύτης Bekker. ἡ μεγαλοπρέπεια καὶ ἡ σεμνότης τῆς παρασκευῆς laudatur p. 1408, 22. s. SCHAEFER.

P. 1409. v. 4. πεποίηκεν] Aut deest aliquid, aut certe subintelligendum χρῆσθαι ταύτῃ τῇ ἀγωνίᾳ. WOLF. Nihil nec deest nec subintelligi oportet. Non meminerat Wolfius, qua significatione verbum ποιεῖν de poëtis usurpetur. SCHAEFER.

P. 1409. v. 8. νομίζων] [νομίζω.] Lego νομίζων. Sequitur enim ἐψεύσω. *Cum autem putares.* WOLF. Vulg. νομίζω. νομίζων dedi e Wolfii coniectura. REISK.

P. 1409. v. 10. πεφυκέναι] Pro πεφυκέναι antiquum ἀεὶ πεφυκέναι. OBSOP. Sic Barocc. 1. REISK.

P. 1409. v. 11. παρεσκευασμένης] παρεσκευασμένοις Aldina. Punctum post h. v. vulgo positum commate mutavi. REISK.

P. 1409. v. 11. μὲν] Vulg. μὲν οὖν. οὖν addidit etiam Lessing., quod deest Aldinae, Paulinae, Bavarico. Delevi. Quod si huius particulae vestigia sint reliquenda, malim σήν, cuius sunt satis perspicuae notae in οὖν. Verum σὴν tametsi non est supervacaneum, latet tamen in participio verbi medii ἐπιδειξάμενος. Nam ἐπιδειξάμενος τὴν φιλοπονίαν tantundum est atque ἐπιδείξας τὴν σὴν φιλοπονίαν. REISK.

P. 1409. v. 12. εὐθέως] Bekkerus: „εὐθέως post γυμνασίοις ponunt S. Y. O. v.“ Hoc ordine Dindorf. SCHAEFER.

P. 1409. v. 15. ἀνδρείαν] ἀνδρίαν margo Lutetianae e Paulina. REISK. ἀνδρίαν Dindorf. SCHAEFER.

P. 1409. v. 15. μάλιστα] μάλιστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1409. v. 17. γεγενημένων] γιγνομένων Bavaricus, Barocc. 1. REISK.

P. 1409. v. 19. διεξῄειν] διεξοίην Barocc. 1. REISK. διεξίοιην Bekker. Idem: „διεξίοιμι v." Alterutrum probandum: sequitur enim optativus ἐπιγένοιτο. SCHAEFER.

P. 1409. v. 20. ἑνὸς δ'] [ἑνός.] ἑνός δ'. WOLF. δ' etiam Wolfius addidit, quod deest nescio cui vetustae editioni: nam in Aldina quidem et Paulina legitur. REISK.

P. 1409. v. 21. πάντας] [ταῦτα.] M. πάντας vel πάντα τἆλλα. WOLF. Vulg. ταῦτα. πάντα Paulina. Sed index eius dat vulgatam. Dedi πάντας, nempe ἀγῶνας, e coniectura Wolfii. Eodem ducit lectio Paulinae. REISK. ταῦτά τε Bekker. SCHAEFER.

P. 1409. v. 22. δυνάμει] Pro δυνάμει fortasse rectius συνέσει aut εὐνοίᾳ legeretur. WOLF. Significantissimum est δυνάμει. Hoc dicitur: Si omnia certamina commemorarem, audientes multitudine eorum prorsus obruerem. SCHAEFER.

P. 1409. v. 22. συμμετρότερον] [συμμετριώτερον.] M. μετριώτερον aut συμμετρώτερον. WOLF. Vulg. συμμετριώτερον. συμμετρότερον index Lambini, margo Lutetianae. Et hoc dedi. REISK.

P. 1409. v. 23. ἀφεθέντων] [ἀφαιρεθέντων.] *sublatis*. ἀφεθέντων, *dimissis*, cum Bruciolo legito. WOLF. Vulg. ἀφαιρεθέντων. ἀφεθέντων margo Lutetianae e Paulina et Feliciana. Et hoc dedi. REISK.

P. 1409. v. 23. τῶν — ὑφηνιοχουμένων] *cum quidem alii provecti essent, alii subaurigarent*. ὑφηνίοχον *aurigae ministrum*, ὑφηνιοχεῖν *aurigae fungi officio* vulgata Lexica interpretantur. In ὑφηνιόχῳ praepositionem ὑπὸ redundare asserit Phavorinus, et Hesychius ὑφηνίοχον exponit ἡνίοχον. ἡνιοχεῖν *aurigare* est, quo verbo Suetonius et Plinius utuntur. Varro etiam *aurigor*. ὑφηνιοχεῖσθαι autem utrum *pone sequi ac regere currum*, an *contra ferri*, ἐναντίον φέρεσθαι καὶ ὑφορμᾷν, significet, statuere non possum: nisi quod existimo, currule hoc certamen fuisse potissimum celeritatis equorum et aurigandi peritiae, non etiam conflictum virorum, ut in nostris ludis equestribus, fieri solitum, cum quod Horatius canit:

> *Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum*
> *Collegisse iuvat, metaque fervidis*
> *Evitata rotis.*

tum quod ex Isocratis oratione περὶ ζεύγους, ubi, ζεύγη γὰρ, inquit, καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο, τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν, ὥστε καὶ πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τρίτος γενέσθαι, et e Sophocle, ubi nullius conflictus mentio fit, aliter statuere non possum. Quod autem ait, φερομένου γὰρ ἐναντίον μέν σοι τοῦ τῶν ἀντιπάλων ἅρματος, id

sic intelligo: τοῦ προορμήσαντος, id est, eius, qui antevertisset, equos perterritos, conversos et cum impetu in Epicratis currum esse illatos ἐξ ὑποστροφῆς, ut ait Sophocles. ὑφηνιοχουμένων igitur *pone sequentibus* interpretatus sum, ut antitheton τῶν προορμησάντων. Sed de re incerta pro suo quisque iudicio statuat. WOLF. Significat, Epicratis currum neque inter primos neque inter postremos, sed in media isse turba, et vel sic tamen palmam abstulisse. REISK.

P. 1409. v. 25. ἑκατέρων, ὡς προσῆκε] Recte ὡς ἑκατέρων προσῆκε Bekker. Idem: „ὡς ἑκατέρων] ἑκατέρων ὡς F. S. Q. Conf. Coraes ad Isocrat. p. 50, 32." *ut decebat ambo seorsum vincere, h. e. non cedendo posterioribus, priores praevertendo.* Isocrates Panegyr. c. 20. ἀμφοτέρων κρατήσαντες, ὡς ἑκατέρων προσῆκε. ad q. l. Coraes T. II. p. 40.: Ὡς ἑκατέρων προσῆκε.] Ὡς ἐχρῆν κρατῆσαι ἑκατέρων, τῶν μὲν πολεμίων δηλονότι, τοῖς ὅπλοις, τῶν συμμάχων δὲ, τῷ ὑπερβαλέσθαι τὴν ἐκείνων ἀρετὴν, καὶ τῶν ἀριστείων ἀξιωθῆναι. Ἐλήφθη δὲ τὸ, Ἑκατέρων, ἐκ τοῦ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως, ἀντὶ τοῦ κακῶς ὧδε γραφομένου, Ἑκατέρῳ, δῆλον ἄλλως ὂν καὶ ἐκ τοῦ εἰς Δημοσθένην ἀναφερομένου Ἐρωτικοῦ (σελ. 1409), γραφέντος δὲ, ὡς εἰκότως ὑπειλήφασί τινες, Ἀνδροτίωνι τῷ Ἰσοκράτους μαθητῇ, ὃς, πρὸς οὐκ ὀλίγοις τοῖς ἄλλοις, καὶ τοῦτο ἐμιμήσατο τοῦ διδασκάλου τὸ ἐνθύμημα. Isocratea autem phrasis videtur multum placuisse. Morus ad l. c.: „Lycurgus in Leocr. c. 17., qui locus expressus est ex Isocratico: ἀμφοτέρων περιγεγόνασιν, ὡς ἑκατέρων προσῆκε." Ceterum vel haec imitatio docet τὸν Ἐρωτικὸν non esse Demosthenis. SCHAEFER.

P. 1409. v. 25. προσῆκε] προσήκει Bavaricus. REISK.

P. 1410. v. 1. τὸ σωθῆναι] Periculo non carere eius generis ludos, etiam his temporibus vidimus, et ex fictitio Orestis Sophoclei interitu intelligitur in Electra, e qua hos versus adscribendos duxi:

Ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι
Πῶλοι βίᾳ φέρουσιν· ἐκ δ' ὑποστροφῆς
Τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον
Μέτωπα συμπταίουσι Βαρκαίοις ὄχοις.
Κἀντεῦθεν ἄλλος ἄλλον ἐξ ἑνὸς κακοῦ
Ἔθραυε κἀνέπιπτε, πᾶν δ' ἐπίμπλατο
Ναυαγίων Κρισσαῖον ἱππικῶν πέδον.

Id est:

Post autem Aenianis viri effrenes
Pulli vi ruunt: eque reversione (id est, *conversi*)
Absolventes sextum septimumque iam cursum
Frontes illidunt Barcaeis curriculis.
Exinde alius alium ex uno malo
Vulnerabat et delabebatur, omnisque complebatur
Naufragiis Crissaeus equestribus campus.

Vide ibidem totam illam narrationem, e qua hunc locum rectius fortassis intelliges. WOLF.

P. 1410. v. 1. ἐναντίον] Vulg. ἐναντίον. ἐναντίου Bavaricus. Et hoc dedi. REISK.

P. 1410. v. 3. ὁρῶν αὐτῶν ἐνίους —] τὸ αὐτῶν neque ad ἵππους referri neque ad spectatores neque ad certatores commode potest, cum nihil praecesserit. Quare expungendum censeo et legendum γενικῶς ὁρῶν ἐνίους, iis intellectis, qui extra periculum erant. WOLF. ὁρώντων malim, ut ad ἁπάντων redeat: αὐτῶν autem, quod redit ad ἵππων, servatum velim. *quippe qui viderent, horum equorum nonnullos* —. REISK. Nihil mutandum. αὐτῶν non de equis intelligi oportet, (mirabile quid ἵπποι ὑπεραγωνιῶντες!) sed de spectatoribus, de quibus etiam ἁπάντων dicitur. Conf. v. 12. s. ὁρῶν, *etsi videns*. Nam facilis est metus contagio. SCHAEFER.

P. 1410. v. 5. οὐχ ὅπως —, ἀλλὰ —] *non modo non (adeo non) perculsus es: tantum abest, ut* etc. WOLF. Hac in constructione nunc simplex ἀλλὰ nunc comitem habens καὶ sequitur. SCHAEFER.

P. 1410. v. 6. ἀνδρείᾳ] ἀνδρίᾳ Dindorf. Idem dat margo Lutetianae. SCHAEFER.

P. 1410. v. 6. τῆς — ὁρμῆς] τῇ — ὁρμῇ editio Wolfii. Fors. τῆς — ὁρμῆς. *ipsam vim et impetum bigarum illarum* (de quibus modo commemoraverat) *vicisti*. Loquitur de bigis adversarii, non de Epicratis. Nam de his si loqueretur, videtur potius ῥώμῃ dicturus fuisse. REISK. τῇ — ὁρμῇ habet etiam Lutetiana. Bekkerus: „τῇ — ὁρμῇ F. S. Y. O. v." Vere, ut arbitror. Ad κρείττων subaudi τῶν ἀντιπάλων. SCHAEFER.

P. 1410. v. 7. τοὺς διευτυχηκότας] iam ab initio usque prospero cursu usos, quibus nemo se contrarium, ut tibi, intulerat. WOLF. eos, qui a principio certaminis secunda fortuna usi fuissent et certam iam manibus tenere victoriam sperarent, quam tu eis extorsisti. REISK.

P. 1410. v. 8. καὶ γάρ τοι] I. q. τοιγάρτοι. SCHAEFER.

P. 1410. v. 8. τοσοῦτον] Bekkerus: „τοσοῦτο v." Placet. SCHAEFER.

P. 1410. v. 10. θρυλλούντων] θρυλούντων Bekker. SCHAEFER.

P. 1410. v. 11. τὰ ναυαγοῦντα] Vocat etiam Sophocles eversionem curruum ναυάγια. WOLF. V. Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 158. s. Talis imitatio dictionis tragicae prodit Sophistae calamistrum. SCHAEFER.

P. 1410. v. 13. συμπέσῃ] συμπέσοι Barocc. 1. REISK.

P. 1410. v. 13. τοιοῦτο] τοιαῦτα margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 15. φιλοτιμίαν] φιλονεικίαν margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 16. καθ' ἕν τι] [καθέντι.] καθ' ἕν τι tria verba sunt. *in uno quopiam.* WOLF. Vulg. καθέντι. In tria vocabula discerpunt haec, καθ' ἕν τι, Bavaricus, Weimaranus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 1410. v. 20. σωφροσύνην] Vide, num potius legendum sit δικαιοσύνην, ne sit παρ' ἱστορίαν. WOLF. Nec vulgata est παρ' ἱστορίαν. Quippe ἡ σωφροσύνη (*sapientia*) ut γενικὸν complectitur etiam τὴν δικαιοσύνην ut εἰδικόν. SCHAEFER.

P. 1410. v. 21. Γανυμήδην] Vulg. Γαννυμήδην. Γανυμήδην margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 22. τοιούτους] τοσούτους margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 23. τῆς] τὴν Paulina. REISK.

P. 1410. v. 23. τῶν μὴ — διακειμένων] Hoc est, τῶν μὴ ἐπιθυμούντων τῆς σῆς φιλίας. WOLF.

P. 1410. v. 26. ἤπου] ἥ που Bekker. SCHAEFER.

P. 1410. v. 26. τοῦ — καταστάντος] qui potitus est universis, videlicet temperantia, fortitudine, iustitia, pulchritudine. WOLF.

P. 1410. v. 28. ζηλοῦσθαι] [δηλοῦσθαι.] ζηλοῦσθαι, *fortunatos iudicari.* WOLF. δηλοῦσθαι Bavaricus, Aldina. Correxit Wolf. Barocc. 1. REISK.

P. 1411. v. 2. σαυτοῦ] Pro σαυτὸν legendum σαυτοῦ. OBSOP. [σαυτὸν.] σαυτοῦ. WOLF. Vulg. σαυτὸν. Correxit item Wolfius. σαυτοῦ Paulina. Et sic dedi. σαυτοῦ non cum προκρίνας, sed cum ἀξίους cohaeret. REISK.

P. 1411. v. 2. προκρίνας] Idem est atque κρίνας πρὸ ἄλλων. *quos cum tu prae aliis te dignos iudicasses, amicos tibi deligis.* REISK.

P. 1411. v. 5. καλοκἀγαθία] καλοκαγαθία Bekker. SCHAEFER.

P. 1411. v. 6. προσσυνέστησεν] [προσυνέστησεν.] προσσυνέστησεν. WOLF. Vulg. προσυνέστησεν. προσσυνέστησεν Bavaricus, ut non a πρὸ, sed a πρὸς sit repetendum. Ita correxit quoque Wolfius. Idemque ego dedi. *praeter illos* (tibi a fortuna conciliatos amicos, necessarios) *adhuc tibi commendavit.* REISK.

P. 1411. v. 6. πότερον] πρότερον Barocc. 1. REISK.

P. 1411. v. 6. μόνους σ' ὀρθῶς γιγνώσκοντας] Vulg. μόνους ὀρθῶς γιγνώσκοντας. F. μόνους σ' ὀρθῶς γιγνώσκοντας. *an eos appellem, qui soli te recte cognitum atque perspectum habeant.* Et sic dedi de meo. REISK. Pronomen bene delevit Bekker. *an solos recti iudicii homines appellem.* SCHAEFER.

P. 1411. v. 8. τῶν] [τὸν σπουδαίων.] τῶν σπ. WOLF. Vulg. τὸν. τῶν Bavaricus, Aldina, Paulina, Wolfiana. Et sic correxi. REISK.

P. 1411. v. 11. καλὴν] [καλὸν.] καλὴν. WOLF. καλὸν Bavaricus, Aldina. Correxit Wolfius. REISK. καλὸν Bekker. Quod non intelligo. SCHAEFER.

P. 1411. v. 12. ἐνευδαιμονῆσαι] [εὐδαιμονίσαι.] εὐδαιμονῆσαι. *tuam naturam fecisse formosam, non ut seducerere, sed utilem, ut beatus esses.* pro quo fortassis εὐδοκιμῆσαι commodius legeretur: *ut laudarere.* WOLF. Vulg. εὐδαιμονίσαι. εὐδαιμονῆσαι Bavaricus, sed cum ι super η, item Paulina. ἐνευδαιμονῆσαι Lessing. Ambigo inter εὐδαιμονίσαι et εὐδαιμονῆσαι. Habet utraque lectio rationem suam. Vulgata sic possit reddi: *sed ad virtutem, cuius ea sit ratio, ut possit mereaturque beatus praedicari, qui ea gaudet.* Altera sic: *sed ad virtutem accommodatam vitae beatae perfruendae.* Non displicet lectio ἐνευδαιμονῆσαι. Verumtamen vulgata*) idem quoque valet. Sed praetuli ἐνεξαπατηθῆναι (de meo) v. 11. et ἐνευδαιμονῆσαι. REISK. ἐξαπατηθῆναι recte Bekker. Sed vellem simul dedisset simplex εὐδαιμονῆσαι, quod habent duo eius Codd. notae optimae. SCHAEFER.

P. 1411. v. 13. διελθεῖν] διεξελθεῖν margo Lutetianae. REISK.

P. 1411. v. 15. καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως] ὥςτε τοὺς ἐπαίνους ὑπερβάλλειν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. WOLF.

P. 1411. v. 16. τοσοῦτον] Bekkerus: „τοσοῦτο v." Placet. SCHAEFER.

P. 1411. v. 17. ὁρατοῖς] [ὁρᾷ τοῖς.] ὁρατοῖς, vel οἷς μὲν ὁρᾷ τις. *adspectabilibus, his, quae sub adspectum oculorum cadunt.* WOLF. ὁρᾷ τοῖς Aldina. ὁρᾷ τις index Paulinae et Weimar. Ad modum vulgatae correxit Wolfius in Annotatt. REISK.

P. 1411. v. 18. τούτων] Scilicet τῶν λόγων. Malim tamen διὰ τούτων. *laudibus, quae per hos* (τοὺς λόγους puta) *fiunt.* REISK. Fallitur. Scilicet τῶν ὁρατῶν. SCHAEFER.

P. 1411. v. 18. νομίζουσι] Litterâ augere paragogicâ oblitus est Bekker. SCHAEFER.

P. 1411. v. 19. σοι] [σε.] Malim σοι. WOLF. Sic correxit Wolfius pro σε, quod est in Aldina et Paulina. In Bavarico est σου. REISK.

P. 1411. v. 20. καταστήσεις] Malim καταστήσοις vel καταστήσῃς, optativo vel subiunctivo. WOLF. καταστήσῃς Bavaricus. REISK. καταστήσαις Bekker. Idem: „καταστήσεις F. S. Q." Hoc ita probo, ut ἂν ante ἐντιμότερον delendum censeam. Praecise loqui decet tam graviter monentem. SCHAEFER.

---

*) Dicit, opinor, εὐδαιμονῆσαι. Sed vulgata est εὐδαιμονίσαι: nam vulgata Reiskio ubique dicitur scriptura Lutetianae. SCHAEFER.

P. 1411. v. 21. τὸ] Sic corrigit Weimaranus Aldinae τῷ. REISK.

P. 1411. v. 22. ὑπολαμβάνειν] ὑπολαβεῖν Barocc. 1. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 1411. v. 25. ἵνα] Vulg. ἀλλ' ἵνα. ἀλλ' abest a Bavarico, Aldina, Paulina. Delevi. REISK.

P. 1411. v. 27. χεῖρον] χείρων Paulina. REISK.

P. 1411. v. 27. τοῖς μὲν ἀφανῆ —] Similis in Isocratica Paraenesi est sententia: τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν, etc. WOLF.

P. 1412. v. 3. αἰσχύνην φέρειν εἴωθεν] Ita dat margo Bavarici, sed textum αἰσχύνην φέρει. Pro prima voce dat margo Lutetianae κατάγνωσιν. Et sic Barocc. 1. REISK. αἰσχύνην φέρει Bekker. Quod ut gravius praestat. SCHAEFER.

P. 1412. v. 5. οἱ μὲν — ψευσθέντες] *qui in aliis deliberationibus falluntur.* WOLF. Sententia est: qui aliis quidem in partibus doctrinarum aut a vero aberrarunt aut iustum modum consecuti non sunt sive sua sive magistrorum culpa. REISK. Tu Wolfium audi. SCHAEFER.

P. 1412. v. 5. λόγων] λόγου index Lambini. REISK.

P. 1412. v. 7. διαμαρτόντες] [διαμαρτῶντες.] διαμαρτόντες, *qui aberrarunt*, id est, *caruerunt institutione liberali.* Potest etiam exponi *qui in errorem inducti sunt*, sicut supra v. 5. ψευσθέντες. WOLF.

P. 1412. v. 8. ὑπομνήματα ἔχουσι] Pro ὑπομνήματα ἔχουσι in antiquo ὑπομένουσι scriptum erat. OBSOP. ὑπολαμβάνουσι Barocc. 1. REISK. Bekkerus: „ὑπομένουσι δίκας v." Perplacet. SCHAEFER.

P. 1412. v. 8. ἔχουσι] ἔχουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 1412. v. 9. μὲν οὖν] Vulg. μέν. Addit index Lambini οὖν. Addidi. REISK.

P. 1412. v. 9. οὐδὲν δεῖ σε παθεῖν] οὐδὲν οὐδεὶς ἔπαθε Barocc. 1. REISK.

P. 1412. v. 9. ἀνθρωπίνων] ἀνθρωπείων Bekker. SCHAEFER.

P. 1412. v. 12. παρὰ] Sic Weimaranus correxit. In Aldina est signum pariter indicandae praepositioni περὶ atque παρὰ inserviens. REISK. παρὰ verum. *dum vivimus.* SCHAEFER.

P. 1412. v. 13. μάλιστ'] Vulg. μάλιστ' ἄν. ἂν abest a Bavarico, Barocc. Delevi. REISK.

P. 1412. v. 13. ἑκάτερον] Vulg. ἑκατέρων. Malim ἑκάτερον, scilicet μέρος. *in utramque partem.* Et sic dedi de meo. REISK.

P. 1412. v. 15. ἐργάζεσθαι] ἐνεργάζεσθαι Barocc. REISK. Adscivit Dindorf. V. not. ad p. 1402, 13. SCHAEFER.

P. 1412. v. 15. πέφυκε] πέφυκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 1412. v. 21. πραγματείας] *labores.* SCHAEFER.

P. 1412. v. 22. ἐπιπολῆς] Attice pro ἐπ' ἐπιπολῆς. ἐπιπόλαια ἢ ἐπιπολαῖα, *expedita, in extremitate seu summitate, quam superficiem vocant, haerentia.* WOLF. Subaudi πραττόμενα aut ἐπιτηδευόμενα. REISK. Immo ὄντα, siquidem aliquid subaudiendum. SCHAEFER.

P. 1412. v. 22. διὰ δὲ — πέφυκε] Similem ex Euripide, ni fallor, sententiolam citat Plutarchus: πᾶν ζητούμενον ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δ' ἀμελούμενον. *Quicquid quaeritur, comprehendi potest, sed quod negligitur, id effugit.* WOLF. Est Sopholis Oed. R. 110. s. V. Plutarchi Mor. p. 98. A. SCHAEFER.

P. 1412. v. 28. οὐκ εἴωθε] Vulg. εἴωθε. Dedi de meo οὐκ εἴωθε. Fortuita enim menti et proposito haud parent. REISK. Negationen summo iure delevit Bekker. Dicuntur haec δουλεύειν τῇ διανοίᾳ, ut quae ἁπάντων ἡγεμονεύει (v. 16.) s. ἐπιστατεῖ τῶν ἄλλων (v. 28.). Add. p. 1413, 1. SCHAEFER.

P. 1412. v. 28. τὴν δ' ἐπιστατοῦσαν — διακείσεται βέλτιον] καλῶς διακεῖσθαι τὴν γνώμην satis nota formula. Sic Isocrates in Euagora: θαυμάζων δὲ, ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα τῶν ἄλλων ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτῆς δὲ μηδὲν τυγχάνουσι φροντίζοντες, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἶχεν. *Demirans eos, qui vitae causa caeterarum rerum curam susciperent, ipsam vero mentem, a qua vitae totius universa ratio pendet, omnino negligerent, in rebus deinde administrandis idem plane sensit ac tenuit.* WOLF. Vereor ut Wolfius haec recte intellexerit. E pervulgato syntaxis Graecae idiomate sunt dicta pro his: ὅπως δ' ἡ ἐπιστατοῦσα — διακείσεται βέλτιον, μὴ ζητεῖν. SCHAEFER.

P. 1412. v. 28. συνδιατελοῦσαν δὲ τοῖς ἔχουσιν] Sic Cicero pro Archia: „Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium et solatium praebent, oblectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur." Quod Demosthenes breviter τῇ διανοίᾳ attribuit, id Cicero prolixiore paraphrasi studiis adscribit. τοῖς ἔχουσιν, *habentibus*, id est, *mente praeditis*, hoc est, *hominibus.* Qui enim διάνοιαν non habet, bellua, non homo est. WOLF.

P. 1413. v. 3. ἐν] περὶ Bavarici margo cum γρ. REISK. Videndum ne hoc referri oporteat ad διὰ v. 2. Bekkerus enim: „διὰ τύχην] παρὰ τύχην γρ. Q." SCHAEFER.

P. 1413. v. 3. τοῖς σπουδαιοτάτοις] S. ἀνθρώποις. *admirationi esse inter praestantissimos viros.* Si subintelligas πράγμασι, *propter res praestantissimas in admiratione*, durius videbitur. WOLF. Mihi quidem non videtur. Quin neutrius esse generis

τοῖς σπουδαιοτάτοις arguit quod sequitur μηδενὸς τῶν ἐνδόξων. Nec tamen quidquam in his est elliptici. SCHAEFER.

P. 1413. v. 5. τῆς μὲν γὰρ] S. τύχης. WOLF.

P. 1413. v. 5. τῆς δ'] τῆς ἐπιμελείας. WOLF.

P. 1413. v. 6. ἐν ἀνδραγαθίᾳ] Praepositio ἐν haud scio an redundet. Nam verbum διαφέρειν dativo simplici fere ac genitivo iungitur, ut Isocrates in Euagora: τοσοῦτον δὲ καὶ τῷ σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥστε etc. Ibidem sine genitivo: τυραννικὸς τῷ πᾶσι τούτοις διαφέρειν. Interdum praepositiones adduntur, ut paulo infra v. 26. πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ παρὰ τὴν ἐπιστήμην διαφέρομεν ἀλλήλων. Isocrates in Helenae encomio praepositionem ἐπὶ addit: τῶν ἐπ' ἀρετῇ διαφερόντων. Legendum igitur et hic fortasse ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ. Est autem ἀνδραγαθία *fortitudo militaris*, *virtus*, *tropaeum*, *praeclarum facinus*. ἀνδραγαθεῖν et ἀνδραγαθίζεσθαι, *viri fungi officio*, ἀνδρός τι ποιεῖν. WOLF. Etiam index Lambini ἐν omittit. REISK. Wolfium ille, opinor, sequens, non Codicis auctoritatem. Ac recte addi praepositionem iam H. Stephanus monuit Thesaur. c. 10017. D. SCHAEFER.

P. 1413. v. 16. καὶ φρονιμωτέρους] Absunt a Barocc. 1. et Bavarici texto, sed sunt in margine cum γρ. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 1413. v. 16. τοὺς ἐφεστῶτας] *praefectos, praesides, curatores.* Hi sunt ipsi philosophi. WOLF.

P. 1413. v. 17. τί ποτ' ἂν — μὴ ταύτην κατασχεῖν] *cur ea potiri nolimus?* WOLF. ταύτην κατασχεῖν τὴν πραγματείαν i. q. τῷ τοῦτο πραγματεύεσθαι ἐγκαρτερῆσαι. SCHAEFER

P. 1413. v. 18. τεταγμένης] [τεταγμένοις.] τεταγμένης. WOLF. Sic correxerunt Weimaranus et Wolfius Aldinae τεταγμένοις. REISK.

P. 1413. v. 22. ἐγκρατῶς] ἐγκρατῆς Barocc. REISK.

P. 1413. v. 23. τὰ μὲν διδακτὰ τέχνῃ] Similes fere versiculos citat Plutarchus [Mor. p. 98. A.]:

> Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
> Ζητῶ, τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην.
>
> *Quae doceri possunt, disco: quae inveniri,*
> *Quaerito: optanda quae sunt, a diis precor.*

WOLF. V. not. ad p. 1408, 3. SCHAEFER.

P. 1413. v. 26. γε] γ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1413. v. 27. παρὰ τὴν ἐπιστήμην] *quod attinet ad scientiam.* — Mox v. 28. corr. γίγνεται. SCHAEFER.

P. 1414. v. 1. μάλισθ'] Subaudi a communi βελτίους γίγνονται αὗται αἱ φύσεις παρὰ τὴν παιδείαν. REISK.

P. 1414. v. 1. ὅσαις] ᾗ γ' Barocc. 1. REISK.

P. 1414. v. 2. ὑπῆρξε] Sine littera paragogica etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 1414. v. 2. τοῖς — τοῖς] Bekkerus: „ταῖς — ταῖς v.“ Perplacet. SCHAEFER.

P. 1414. v. 2. αὐτῶν] αὐτὸ Lessing. REISK. Recte αὐτῶν Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana. Iunge αὐτῶν βελτίοσι. SCHAEFER.

P. 1414. v. 4. εὖ δ' ἴσθι τὴν μὲν —] Pro εὖ δ' ἴσθι τὴν μὲν etc. εὖ δ' ἴσθι τὴν μὲν ἐκ τῶν πράξεων etc. OBSOP.

P. 1414. v. 4. ἴσθι] Post h. v. addit ὅτι Barocc. 1. REISK.

P. 1414. v. 5. ἀχρήστως ἔχουσαν] Scilicet si quis ἐν τῇ πείρᾳ διασφαλῇ. REISK.

P. 1414. v. 7. δι' εὐτυχίαν] Bekkerus: „δι' om. O.“ et: „εὐτυχίαν] συντυχίαν γρ. Y. Q.“ F. συντυχίᾳ: ut συντυχίᾳ πραγμάτων γυμνάζεσθαι sit i. q. ἐπὶ τῶν καιρῶν μελετᾷν v. 12. SCHAEFER.

P. 1414. v. 7. δι' εὐτυχίαν πραγμάτων] Vulgata bene habeat, an legendum sit δι' εὐτυχίαν φύσεως ἐν μεταχειρίσει πραγμάτων, in medio relinquam. REISK.

P. 1414. v. 12. ἐπίστασθαι — περὶ τῶν μεγίστων] V. H. Stephani Thes. c. 3545. D. SCHAEFER.

P. 1414. v. 12. οὐδ' — μελετᾷν] *nec in re praesenti meditari.* Isocrates in oratione ad Nicoclem praecipit ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας, id est, *in subitis arduisque negotiis.* Sed ibi plura περὶ τῶν καιρῶν annotavimus. WOLF.

P. 1414. v. 15. τοὺς πολιτικοὺς λόγους] Sic nominat etiam praecepta gerendae reipublicae, non tantum forensem et senatoriam dictionem. Vide Vitam Isocratis et Orationem κατὰ σοφιστῶν. WOLF.

P. 1414. v. 16. τῆς γὰρ γεωμετρίας —] Satis hoc σωκρατικῶς: non item cetera, sed σοφιστικῶς. SCHAEFER.

P. 1414. v. 16. τῆς ἄλλης τοιαύτης] Pro τῆς ἄλλης τοιαύτης in antiquo τῆς ἄλλης τῆς τοιαύτης. OBSOP. Sic etiam Barocc. 1. REISK. Recepit Bekker. Recte. V. not. ad p. 1039, 17. SCHAEFER.

P. 1414. v. 22. γεγενημένους] γενομένους margo Lutetianae. REISK.

P. 1414. v. 22. τοῦτο μὲν —] Antiquum sic: τοῦτο μὲν γὰρ Περικλέα τὸν συνέσει πλεῖστον τῶν καθ' αὐτὸν διενεγκεῖν —. Multae eiusmodi particulae et monosyllabae dictiones in Aldino exemplari desiderantur, quae certe sine insigni interdum defectu et sermonis iniuria abesse non possunt, et quae omissae nonnunquam multum tenebrarum doctis quoque lectoribus offundunt. OBSOP.

P. 1414. v. 22. μὲν] Vulg. μὲν γάρ. γὰρ abest ab Aldina et Bavarico. REISK. γὰρ velim revocatum ut haec aptius iungens antecedentibus. Tuetur etiam auctoritas duorum Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 1414. v. 23. τῶν] Abest ab Aldina. Vulgatam e suo codice profert Obsopoeus. τῶν etiam Weimaranus addidit. REISK.

P. 1414. v. 25. ἀκούσεις] [ἀκούσειν.] ἀκούσεις. WOLF. ἀκούσαντα. Barocc. 1. REISK. ἀκούσει Bekker. ἀκούσῃ placuit Iacobsio. V. Miscell. Crit. I. 1. p. 159. Nec videtur huius scriptor aetatis activum futuri usurpasse. SCHAEFER.

P. 1414. v. 25. πλησιάσαντα] Recurrit p. 1415, 13. Verbum solennis usus de discipulo magistrum sectante. V. H. Stephani Thes. c. 7416. D. SCHAEFER.

P. 1414. v. 28. ὑπερηφάνως] Unde etiam suspectus fuit affectati regni. WOLF.

P. 1414. v. 28. ταπεινῶς] Referendum hoc videtur ad familiaritates scurrarum et meretricum et ingenii levitatem: qui se omnium moribus accommodarit, nec tamen libidinibus suis modum fecerit. Unde etiam apud Lacedaemonios ἡ αὐτὴ ἦν γυνή, ut ait Plutarchus. WOLF. Plutarchus V. Alcib. c. 23. de homine usurpat Euripideum (Orest. 129.): Ἔστιν ἡ πάλαι γυνή. SCHAEFER.

P. 1415. v. 1. ὑπεράκρως] [ὑπερακράτως.] Luxus et libidines Alcibiadis nemo ignorat, qui historicos attigit. WOLF. Pro ὑπερακράτως in nostro erat ὑπεράκρως. OBSOP. Vulg. ὑπερακράτως. ὑπεράκρως Bavaricus. Hoc praetuli. *in rebus, quas susciperet ageretque, omnibus modum excedens.* REISK. ὑπερακράτως perplacet. Tuentur margines duorum Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 1415. v. 3. ἐπικρυψάμενον] F. ἀποκρυψάμενον. SCHAEFER.

P. 1415. v. 5. ὑπογυιοτέροις] ὑπογυωτέροις Aldina. REISK. Bekkerus: „ὑπογυοτέροις O. ὑπογυωτέροις F. S. Y. Q. v." V. not. ad p. 1391, 21. SCHAEFER.

P. 1415. v. 6. μὲν] μὲν γὰρ Barocc. 1. REISK.

P. 1415. v. 6. νεώτερος] οὗτος νεώτερος Barocc. 1. REISK.

P. 1415. v. 8. Ἀρχύταν] Ἀρχίταν margo Lutetianae. REISK.

P. 1415. v. 11. καὶ — καταστάντα] [καὶ κύριον αὐτῆς καταστήσαντα.] M. κύριον αὐτῆς καταστάντα, omissa coniunctione et ἀορ. α in β' mutato, qui passive usurpatur. *eius imperio potitum, summa reipublicae ad eum delata.* WOLF. Vulg. καταστήσαντα. καταστάντα Bavaricus, Lessingianus, margo Lutetianae, Wolfius. Dedi καταστάντα. Sed et καὶ abesse malim. *qui, posteaquam civitate Tarentinorum potitus est, ita praeclare humaniterque eam administravit.* Si καὶ servetur, etiam καταστήσαντα servandum sit eique addendum ἑαυτόν. REISK. Ego quoque vellem abesset copula. SCHAEFER.

P. 1415. v. 12. διενεγκεῖν] Lege διελθεῖν. WOLF. διελθεῖν Paul. Wolf. REISK. „pro διήκειν" Ind. Graecitat. p. 151. Recte. Subaudi ἑαυτήν. SCHAEFER.

P. 1415. v. 15. ἀποβέβηκε] Pro ἀποβέβληκε lege ἀποβέβηκε. WOLF. Neque hic litteram paragogicam addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 1415. v. 15. πολὺ] Pro πολὺν legendum est πολύ. OBSOP. WOLF. Vulg. πολύν. πολὺ Bavaricus, Lessingianus, liber Obsopoei, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1415. v. 16. καὶ] Abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 1415. v. 16. ἐπιτελεῖν] τελεῖν editio Wolfii. REISK.

P. 1415. v. 17. ἄνευ — πραγματείας] [ἄνευ τέχνης ταύτης τῆς πραγματείας.] *absque huius disciplinae*, id est, philosophiae, *arte*. Malim tamen cum Bruciolo καὶ τοιαύτης τῆς πραγματείας legere. WOLF.

P. 1415. v. 17. τέχνης καὶ] Desunt Barocc. 1. REISK. Uncis inclusit Bekker. Vellem prorsus omisisset. SCHAEFER.

P. 1415. v. 17. ταύτης] τοιαύτης margo Lutetianae e Paulina, Lessing. edit. Wolfii. REISK.

P. 1415. v. 18. ὅτι] Recte ὅ τι Bekker. V. Apparat. T. I. p. 737. SCHAEFER.

P. 1415. v. 23. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1415. v. 25. ἐπαγγελλόμενος] ἐπαγγελλόμενός Bekker. SCHAEFER.

P. 1415. v. 25. σέ τι] [ἔτι.] σέ τι. WOLF.

P. 1415. v. 27. πόνων] [πολλῶν.] M. πολιτικῶν, ut est in variis lectionibus annotatum: etsi τῶν καλῶν et τῶν ἄλλων non incommoda esset παρωνομασία. WOLF. Vulg. πολλῶν. πολιτικῶν Lessing. index Ald. Paul. Wolf. margo Lutetianae. πολιτῶν margo Bavarici. Malim τῶν καλῶν πόνων. Et sic dedi de meo. REISK. Solum πόνων dedit. Recte πολλῶν Bekker. Idem: „πόνων F. πολιτικῶν γρ. F. Y. Q." τῶν πολλῶν, *unus de vulgo*. SCHAEFER.

P. 1415. v. 27. ἄθλων] Vulg. ἄλλων. Dedi de meo ἄθλων. REISK. Recte ἄλλων Bekker. SCHAEFER.

P. 1415. v. 28. διαιροῦμαι] Bruciolus annotavit δὴ αἱροῦμαι. Ego malim διηγοῦμαι. WOLF. διασύρομαι et δὴ αἱροῦμαι margo Lutetianae ex indice Paulinae. REISK. Bekkerus: „διορθοῦμαι γρ. Q." Vere, ut opinor. ταῦτα διορθοῦμαι, *haec addo erroris praecavendi ergo*: scilicet ἵνα μηδὲν ὑπολάβῃς τοιοῦτον. V. Reiskius ad Aeschin. p. 264. SCHAEFER.

P. 1416. v. 3. πραγματείας] Pro πραττείας legendum est πραγματείας.*) OBSOP. [πραττείας.] πραγματείας. Id est, ἐκ τοῦ σοφι-

*) Huic notulae Obsopoeus haec subscripsit: „Hasce non paucorum locorum castigationes et lectionum diversitates non omnino respuendas,

στεύειν. WOLF. Sic emendarunt Lessing. Weimar. Obsop. Wolf. Aldinae πρατεείας. REISK.

P. 1416. v. 4. μεγίστης δόξης ἠξιωμένον] Scilicet διὰ τῆς πραγματείας ταύτης. SCHAEFER.

P. 1416. v. 5. οὐκ ἀπειληλαμένος τῶν ἄλλων τιμῶν] Xenophon Cyropaed. I. 2. 15. τούτων δ' οὐδεὶς ἀπελήλαται νόμῳ τιμῶν καὶ ἀρχῶν. SCHAEFER.

P. 1416. v. 5. τῶν ἄλλων τιμῶν] τῶν τιμῶν Barocc. 1. REISK.

P. 1416. v. 5. ἀνδρείας] ἀνδρίας Dindorf. Et sic margo Lutetianae. SCHAEFER.

P. 1416. v. 6. τῆς δ'—κομιδὴν] Vide Diogenem Laërtium in Vita Solonis de simulata eius insania recipiendae gratia Salaminos. WOLF.

P. 1416. v. 6. εὐβουλίας] εὐνοίας Barocc. 1. REISK.

P. 1416. v. 8. τῶν Ἑλλήνων] [ἐπὶ Ἑλλήνων.] τῶν Ἑλλήνων. WOLF. Sic emendavit Wolfius Aldinae vitiosum ἐπὶ Ἑλλήνων. REISK.

P. 1416. v. 11. σοφιστῶν] Solonem etiam Isocrates in Oratione περὶ ἀντιδόσεως inter sophistas recenset. Malim tamen hic σοφῶν legere. WOLF. Sed v. Wesselingius ad Herodot. I. 29. SCHAEFER.

P. 1416. v. 13. ἧττον] Post h. v. videtur ὂν desiderari. REISK. Non desideratur. Iungenda οὐχ ἧττον καλῶς. SCHAEFER.

P. 1416. v. 15. ἐγὼ μὲν οὖν—] [ὑφ' ὧν οὖν σοί τε παραινῶ.] Lego cum Bruciolo: ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἄλλως γιγνώσκω, σοί τε παραινῶ φιλοσοφεῖν μεμνημένῳ. WOLF. Lectio vulgata est ex editione Feliciani et insecutis. Adscripsit eam quoque Lessingianus. In Aldina est: — διήνεγκεν. ὑφ' ὧν οὖν σοί τε παραινῶ. Quae lectio etiam in Barocc. et in texto Bavarici est: sed margo eius dat cum γρ. vulgatam hac cum differentia, ut οὖν absit et pro ἄλλως det ἄλλα. Vulgatam quoque dat index Aldinae, nisi quod ἄλλω dat pro ἄλλως. Sententia est: Non aliter sentio, quam verbis prae me fero. Philosophiam non tacite mecum contemno, quam oratione extollo, sed ut eam tibi commendo velut instrumentum omnibus remp. gesturis necessarium, ita memet ipse quoque ea indigere mihi inculco. REISK.

---

bone lector, candido animo suscipias. Quas si rustice et ineleganter collegimus, cogites velim, nullam epidixin hic nos conscribere voluisse, sed ipsam rem quam nudissime proponere. Denique hoc genus scriptionis non multum ornatum accipit vel iuxta tritum illum vulgi sermone versiculum: *Ornari res ipsa negat, contenta doceri.*" SCHAEFER.

P. 1416. v. 15. οὖν] νῦν Weimaranus. REISK.

P. 1416. v. 16. μεμνημένῳ] μεμνημένος Barocc. 1. REISK.

P. 1416. v. 17. τούτου] Sic Bavaricus quoque, sed cum ων superscripto. REISK.

P. 1416. v. 17. διῆλθον] [διήλθομεν.] Lego διῆλθον. WOLF. διήλθομεν Aldina. Utramque lectionem dat Bavaricus. διῆλθον μὲν Paulina, Weimaranus. Vulgatam praefert Wolfius. REISK.

P. 1416. v. 17. ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου] V. p. 1403, 5. ss. SCHAEFER.

P. 1416. v. 18. ἀνακτήσεσθαί] [ἀνακτήσασθαί.] *redire tecum in gratiam.* Quanquam hic καταχρηστικῶς accipi videtur pro *emereri favorem tuum.* WOLF. ἀνακτήσασθαί Paulina. ἀναγκασθήσεσθαί margo Lutetianae. REISK. Non *redire in gratiam*, sed *amicum conciliare.* Quod cur Wolfius καταχρηστικῶς dici putet non intelligo. SCHAEFER.

P. 1416. v. 20. προτρέψω] παροξύνω margo Lutetianae. REISK.

P. 1416. v. 21. ἐὰν μὴ — ποιήσῃ] S. τὰς παραινέσεις τὰς ἐμάς. *si non parvi feceris mea monita.* WOLF. Videtur hic aliquid deesse. REISK. Nihil deest. Subaudi αὐτήν. SCHAEFER.

P. 1416. v. 23. μηδ', εἰ —] [μὴ δ' εἰ —.] *neque vero, si* etc. Est prohibendi particula τὸ μὴ, non copulativa. WOLF. μηδὲ δὴ εἰ margo Lutetianae. REISK. Cave scribas μὴ δ'. μηδ' ita prohibet, ut simul copulet. SCHAEFER.

P. 1416. v. 25. ἡγοῦ, — ἐν ἅπασι] Videtur sententia postulare: ἡγοῦ, καλὸν μὲν εἶναι τὸ πρωτεύειν ἐν ἅπασι, κράτιστον δὲ τὸ ἐν ἀρετῇ. REISK. Scilicet ἅπασι pro neutro habuit. Sed est masculinum. SCHAEFER.

P. 1416. v. 27. προέχοντα] [προσέχοντα.] προέχοντα. WOLF. Sic correxere Weimaranus et Wolfius Aldinae προσέχοντα. REISK.

P. 1416. v. 27. τυχοῦσι] ἐντυχοῦσι Lessing. Barocc. 1. REISK.

P. 1416. v. 27. τυχοῦσι,] τυχοῦσι· Reisk. τυχοῦσι. Bekker., non additâ litterâ paragogicâ. SCHAEFER.

P. 1417. v. 7. ἅμα κρίνων] ἀνακρίνων Barocc. 1. REISK.

P. 1417. v. 8. ἑτοίμως — δοκιμασίας] [ἑτοίμως ἐν ἀγῶνι —.] Bifariam intelligi potest, vel: *me cupide spectaturum, quodnam de te specimen praebeas.* vel: *statim fore, qui mihi litem moveant, si te secus gesseris.* Et sic accipiendum probat id, quod statim sequitur. WOLF. ἑτοίμως Reiskius recte iunxit antecedentibus. ἐν ἀγῶνι γενήσεσθαι τῆς σῆς δοκιμασίας, *periclitaturum esse de eo, quod probaveris s. elegeris.* Nam δοκιμασία i. q. αἵρεσις. SCHAEFER.

P. 1417. v. 10. διὸ] δι' ἃ Barocc. 1. REISK. Recepit Dindorf. SCHAEFER.

P. 1417. v. 10. εἶναι δόξαντα] Haec arcte iungenda. *cum esse visus sis.* SCHAEFER.

P. 1417. v. 11. τῆς σῆς φιλίας] S. ἕνεκα. *mihi tua amicitia non debet crimini dari* aut *esse fraudi.* WOLF. Non subaudiendum ἕνεκα. SCHAEFER.

P. 1417. v. 12. εἶναι] Refer non tantum ad proxime antecedens ἀνεπιτίμητον, sed etiam ad remotius ἄξιον. SCHAEFER.

P. 1417. v. 12. παρεκαλούμην] Vulg. παρεκαλοῦμεν. παρεκάλουν margo Lutetianae, Barocc. 1. Dedi παρεκαλούμην de meo. REISK. Recte παρεκάλουν Bekker. SCHAEFER.

P. 1417. v. 13. ἂν] Referendum ad εἰσενεγκεῖν, non ad ᾤμην. Monui H. Steph. Thes. c. 1988. B. SCHAEFER.

P. 1417. v. 13. σοι] σε Weimar. Wolf. margo Lutetianae e Paulina. REISK.

P. 1417. v. 16. ἀπορίαν] τὴν ἀπορίαν Barocc. 1. REISK.

P. 1417. v. 18. σῆς] Abest a Paulina. REISK.

P. 1417. v. 27. ἦν] Bruciolus recte omisit. WOLF. Abest a Paulina. REISK. Mallem expunctum. SCHAEFER.

P. 1418. v. 1. ἐπιπολαίους] leves, parvi momenti, non solidas nec diu duraturas. WOLF.

P. 1418. v. 6. σοι] σοὶ Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1418. v. 8. ἀλλ' οὓς] Idem est ac si dixisset ἀλλὰ τοιούτων, οἵους. REISK.

P. 1418. v. 8. τις] Post τις videtur deesse ἄριστα βεβουλευμένος, *optimo et sapientissimo usus consilio.* REISK. Inanis suspicio. SCHAEFER.

P. 1418. v. 10. ἕλοιτο βουλόμενος φίλους] [ἕλοιτο, βουλόμενος φίλους.] Post ἕλοιτο interpungendum, comma ante φίλους delendum. WOLF.

P. 1418. v. 10. βουλόμενος] βουλευόμενος index Lambini. REISK.

P. 1418. v. 10. ἡλικιωτῶν] Post h. v. videtur τοὺς βελτίστους deesse. REISK. Non deest. SCHAEFER.

pestrem seu eam, quae fiebat in campo, ubi iuventus docebatur arma tractare, rotare, iaculari, pyrrhichias agere, et quae sunt alia huius generis. REISK. Non quamlibet exercitationem, sed peculiare eius genus, quod mox describitur. SCHAEFER.

P. 1408. v. 6. ταύτην τὴν ἀγωνίαν] [τοιαύτην τὴν ἀγωνίαν.] M. ταύτην vel τὴν τοιαύτην. WOLF. Haec Wolfius, quasi in libris antiquitus editis esset τοιαύτην τὴν ἀγωνίαν, quod in nullo reperi. REISK.

P. 1408. v. 6. ὡς καλῶς προείλου] *quam praeclare prae caeteris delegeris.* τὸ ἱπποτροφεῖν τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον εἶναι, id est, *studium equos alendi beatissimorum esse munus*, in oratione περὶ ζεύγους testatur Isocrates. WOLF.

P. 1408. v. 8. δι' ὧν οὐδέτερον —] Bruciolus *) δι' ὃ οὐδὲ —. **) Malim sic: δι' ὃ παραλιπεῖν ἄξιον οὐδὲ τὸν —. WOLF. Vulgata bene habet. SCHAEFER.

P. 1408. v. 10. συνειδὼς] „pro simplici εἰδὼς" Ind. Graecitat. p. 478. Plus valet. *persuasum sibi habens.* V. p. 1416, 2. SCHAEFER.

P. 1408. v. 12. τοῦ δ' ἀποβαίνειν] M. τούτου δ' ἐπιβαίνειν. *hoc certamen aggredi, amplecti.* WOLF. Margo Lutetianae dat ἀναβαίνειν et ἐπιβαίνειν. Wolfii coniecturam ad h. l. refutat vulgatamque tuetur Harpocration v. Ἀποβάτης. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 425. s. 426. s. et Ind. Graecitat. p. 62. SCHAEFER.

P. 1408. v. 13. τοῦτον] τοῦτο Aldina, Paulina. REISK.

P. 1408. v. 15. γυμναζομένους οὐδὲν πρὸς] [γυμναζομένους οὐδὲν, πρὸς.] γυμναζομένους, οὐδὲν πρὸς. Comma ponendum ante οὐδὲν. WOLF.

P. 1408. v. 16. ἀνδρείαν] ἀνδρίαν Dindorf. V. not. ad v. 4. SCHAEFER.

P. 1408. v. 16. ἀνδρείαν — εὐψυχίαν] V. Ind. Graecitat. p. 261. s. Mihi videntur synonyma. Conf. not. ad p. 566, 17. 579, 6. SCHAEFER.

P. 1408. v. 17. τοὺς δὲ τὴν πυγμὴν] Pro τοὺς τὴν πυγμὴν in antiquo τοὺς δὲ τὴν πυγμήν. OPSOP. [τοὺς τὴν πυγμήν.] Lege τοὺς δὲ τὴν πυγμήν. WOLF. Aldinae δὲ deest. Correxerunt etiam Weimar. et Lessing. REISK.

P. 1408. v. 21. ἐξελέξω] [ἐξελέγξω.] ἐξελέξω, ab ἐκλέγομαι, non ab ἐξελέγχω. WOLF.

P. 1408. v. 22. ὡμοιωμένον] ὁμοιούμενον margo Lutetianae. REISK.

---

*) Id est Felicianus. REISK.
**) Sic et Paulina ad Feliciancam expressa. REISK.

P. 1418. v. 3. ἀπεφήναντο] ἀπεφήναντο Bekker. SCHAEFER.

P. 1418. v. 3. μοι] Abest a Bavarico. REISK.

P. 1418. v. 6. δ', ὑπὲρ] δὲ περὶ margo Lutetianae. REISK. Placet, non quod ὑπὲρ non recte positum sit, sed quia v. 7. ἀναφορικῶς sequitur περὶ τούτων. Tales autem ἀναφοραὶ amant iterationem eorundem vocabulorum. Conf. p. 40, 6. SCHAEFER.

P. 1418. v. 7. περὶ τούτων νυνὶ σκοπεῖτε] Margo Lutetianae annotat, in Philippica sic legi: συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν. REISK.

P. 1418. v. 8. εἰκότως — λέγειν] E Philippica haec a margine Lutetianae comparantur sic: εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. cum hac annotatione: τὰ λοιπὰ οὐ συμφωνεῖ τοῖς ἐν Φιλιππικῷ εἰρημένῳ οὖσι. REISK.

P. 1418. v. 8. μετὰ τούτους] [κατὰ τούτους.] *secundum hos dicere*, id est, *illis assentiri*. Legendum μετὰ τούτους, ut sit antitheton τοῦ πρῶτος, *primus*, *post hos*, WOLF. Sic corrigit Wolfius quod olim fuit κατά. REISK.

P. 1419. v. 1. ὡς ἐκ τοιούτων] Hoc est, δυσκολίαν ἐχόντων πραγμάτων. *ut talium*, hoc est, *arduarum rerum*, *natura patitur*. WOLF. *ut in tali rerum statu*. V. Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 303. SCHAEFER.

P. 1419. v. 3. ἐγνωκέναι] ἐγνωσκέναι Aldina. REISK.

P. 1419. v. 3. ἐπὶ τοῦ πολεμεῖν ὄντες] *dum in bellando essetis*. Sic Terentius: *Ctesipho totus in amore est*. ὁ Κτησιφῶν ὅλος ἐπὶ τοῦ ἐρᾶν ἢ ἐπὶ τοῦ ἔρωτός ἐστι, vel ἐν τῷ ἔρωτι. WOLF.

P. 1419. v. 6. ἐκεῖνα] τὰ ἐπὶ τοῦ πολεμεῖν. WOLF.

P. 1419. v. 7. βελτίω] Scilicet τὰ πράγματα, WOLF.

P. 1419. v. 8. προστάττῃ] Vulg. προστάττοι. προστάττῃ Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1419. v. 8. τοῦτον] [προστάττοι τούτων, ὀρθῶς λέγειν.] Lego: προστάττοι, τοῦτον ὀρθῶς λέγειν. *mandet*, *eum recte dicere*. WOLF. Vulg. τούτων. τοῦτον corrigit Wolfius. REISK.

P. 1419. v. 12. παυσαίμεθα] Bekkerus: „Immo παυσαίμεθ' ἄν." SCHAEFER.

P. 1419. v. 12. καὶ ζημιούμενοι, ταῦτα λέγῃ] Ante ταῦτα comma ponendum. Est autem familiare Demostheni relativa priore, antecedentia posteriore loco ponere. ἃ — ταῦτα. Similis fere sententia est in 2. Olynthiaca et oratione περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. WOLF.

P. 1419. v. 15. μὴ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 1419. v. 15. τὰ πράγματα] Est nominativus. SCHAEFER.

P. 1419. v. 17. ἂν ᾖ — γίγνεται] Sic distinguendus hic locus, ut interpungas ante ἂν et post προσήκουσα. WOLF.

P. 1419. v. 20. ἐθελοντάς] Sic lege, ab ἐθελοντής. WOLF. Vulg. ἐθέλοντας. ἐθελοντάς Bavaricus. Et sic correxit quoque Wolfius hic et p. 1420, 25. REISK.

P. 1419. v. 21. Οὐχὶ ταῦτα —] Adscriptum in Bavarico: Γ. ὀλυνθιακός. In margine Lutetianae: ὀλυνθιακοῦ Γ. προοίμιον. Conferat qui volet. Mihi non vacat. REISK.

P. 1419. v. 21. ταῦτα] Vulg. ταῦτα. ταυτὰ Bavaricus. REISK.

P. 1419. v. 21. παρίσταταί μοι] *assistit mihi*, id est, δύναμαι, *possum*, *in promtu mihi est*, ut in Olynth. 3. annotavimus. WOLF.

P. 1419. v. 22. ὑμῶν] Ambiguum est, ὑμῶν utro referatur, ad πολιτείας ne an ad ἀκούσω. Malo tamen exponere *audito e vobis reipublicae nomine*, quam *audito reipublicae vestrae nomine*. Sequitur enim v. 25. τὴν πολιτείαν δημοκρατίαν ὀνομάζετε, *rempublicam democratiam nominatis*. WOLF. Neutrum placet. *nomen a vobis inditum* τῇ πολιτείᾳ. SCHAEFER.

P. 1419. v. 25. τὴν — πολιτείαν] Vulg. τῇ — πολιτείᾳ. τὴν — πολιτείαν Bavaricus, margo Lutetianae e Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 1419. v. 27. ἀκούοντας] [ἀκούσαντας.] Malim ἀκούοντας. WOLF. Vulg. ἀκούσαντας. ἀκούοντας margo Lutetianae e Paulina, margo Bavarici cum γρ. Et sic correxi. REISK.

P. 1419. v. 27. ὃ καὶ — ἡ πρόφασις.] Pro δι' ὃ —, τίς τούτου —. Est Graeca brevitas et ἔλλειψις: nisi forte legendum sit οὗ. WOLF. Neque οὗ legendum nec διὰ subaudiendum. V. not. ad p. 1277, 10. Subaudiendum autem ad ἡ πρόφασις pronomen αὐτοῦ. SCHAEFER.

P. 1419. v. 28. πότερον — οἴεσθε;] *Utrum gratuito dicere illa ipsos putatis?* Perstringit oratores adversae factionis ut largitionibus corruptos. WOLF.

P. 1419. v. 28. οἱ] Vulg. ἡ. οἱ Bavaricus, Paulina, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1420. v. 1. καὶ πλείω — ἂν δοῖεν] *plura etiam silentio potius darent*, id est, tacentibus, quam dicentibus. Et fortasse legendum σιωπῶσι. Hoc non ita intelligo, ut Demosthenes in Harpali causa, Plutarcho auctore, viginti talentis tacuit. Sed hoc dici puto, illos oratores non modo esse corruptos, sed etiam ineptos, ut qui illis noceant, quos defensos velint. Praestat autem taceri omnino, quam male agi causam. WOLF. Non *quos defensos velint*, sed *quorum rationibus prodesse velint*, scilicet damno civium suorum. SCHAEFER.

P. 1420. v. 2. μᾶλλον] F. μάλα. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 67. Ne audias. SCHAEFER.

P. 1420. v. 8. τοῦτο — πάσχειν] Sine interpunctione legen-

dum, μὴ πάσχειν τοῦτο, ἀντὶ τοῦ μὴ οὕτω διακεῖσθαι τὴν ψυχήν. WOLF.

P. 1420. v. 10. ἡνίκα — ἔσται] *quando vobis nihilo plus erit*, id est, ἡνίκα οὐδὲν ὠφελήσει, *cum intellecto errore nihilo vobiscum agetur melius.* D. Basilius huic formulae dativum participii addit: ὅταν [l. ὅτε] οὐδὲν ἔσται πλέον ἀνιωμένοις. WOLF.

P. 1420. v. 11. τὸ μὲν οὖν —] Quartum hoc est Prooemium in Bavarico. REISK. Iungenda haec esse antecedentibus particula οὖν manifesto ostendit. Quanquam Wolfius, qui et ipse novum Prooemium (tertium) hinc orditur, οὖν omisit: fortasse consulto, ut compages dissolveretur. V. not. ad p. 1421, 3. SCHAEFER.

P. 1420. v. 12. ἡμῖν] Vulg. ὑμῖν. Dedi de meo ἡμῖν, quia praecessit ἡμεῖς. REISK.

P. 1420. v. 16. οὖσι] Bekkerus: „εἰσὶ v." Placet. SCHAEFER.

P. 1420. v. 16. τὸ δὲ — τὸν δῆμον] *at rei prorsus nullius participem esse populum*, id est, sublatam esse populi auctoritatem. Potest etiam exponi: *illud autem, quod populus nihil omnino mutat, nullum hisce malis remedium quaerit*, etc. Sic verbo μεταλαμβάνειν usus est Isocrates in Panathenaico: καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με ταῦτ' εἰρηκέναι περὶ ταύτης, ἣν ἀναγκασθέντες μετελάβομεν. *Nec vero de ea me republica quisquam dixisse haec existimet, quam coacti pro altera sumus amplexi.* Dubitari tamen potest, an ibi legendum sit potius μετεβάλομεν, a μεταβάλλειν, non a μεταλαμβάνειν, quod Hesychius μεταλαγχάνειν καὶ μετέχειν exponit. WOLF. μεταλαμβάνειν non intelligo. Estne idem atque μεταγινώσκειν, *mentem mutare, aliam inire viam consiliorum et rerum gerendarum?* Videtur. REISK. F. καταλαμβάνειν, *comprehendere*, h. e. *intelligere*. SCHAEFER.

P. 1420. v. 17. τοὺς ἀντιπράττοντας περιεῖναι] S. τῷ δήμῳ. *eos, qui populo adversantur, superiores esse* vel *superstites, non tolli e medio.* Nam utraque est verbi περιεῖναι significatio. WOLF. Prius verum. SCHAEFER.

P. 1420. v. 20. καὶ] Abest a Paulina. REISK. Expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1420. v. 22. Ἀντὶ πολλῶν —] Hoc est primae Olynthiacae exordium, paucis duntaxat verbis mutatis. WOLF. Quintum hoc est in Bavarico. In margine Lutetianae praefigitur: ὀλυνθιακοῦ Α. προοίμιον. ἔστι δέ τις διαφορά. REISK.

P. 1420. v. 22. πολλῶν] πολλῶν ἂν Bekker. SCHAEFER.

P. 1420. v. 23. συνοίσειν] συνοίσειν ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 1420. v. 23. νυνὶ] Abest a Bavarico et Aldina. REISK.

P. 1420. v. 25. προσήκει] προσήκει ἔχειν Aldina. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1420. v. 25. ἐθελοντὰς] Lego et hoc versu ἐθελοντὰς

ὀξυτόνως. Statimque pro αὐτοὺς fortasse legendum ἁπάντων τῶν βουλομένων. WOLF. V. not. ad p. 1419, 20. Non miror autem αὐτοὺς Wolfio displicuisse. Bekkerus: „ἐθελοντὰς] ἔχειν ἐθέλοντας F. S. Q. v. παρέχειν ἐθέλοντας Y. O." Posterius si probes, facile intelligas, quam apte ὑμᾶς αὐτοὺς sequatur. SCHAEFER.

P. 1421. v. 2. γενέσθαι] γίγνεσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1421. v. 3. Ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Aldinus codex habet ἔστι δὲ, ὦ —. Sic continuaretur cum quarto. Parum autem refert, sive novum hic exordium facias, sive cum superiore (quod quidem non inepte fieri potest) coniungas. Ego in iis, quae separavi, particulas connectentes, οὖν, δὲ et similes, delevi. WOLF. Haec coniungit Bavaricus cum superioribus et sic dat: ἔστι δ', ὦ —. Item Aldina. REISK.

P. 1421. v. 5. ἁπάντων ἀκοῦσαι] S. τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. WOLF. Quin ἁπάντων generis est neutrius: scilicet τῶν ῥηθέντων. Docent quae statim sequuntur. SCHAEFER.

P. 1421. v. 6. συμβαίνει] [συμβαίνοι.] M. ἂν συμβαίνοι, vel συμβαίνει per ει. WOLF. Vulg. συμβαίνοι. συμβαίνει Bavaricus et margo Lutetianae. Et hoc dedi. REISK.

P. 1421. v. 7. ἕτερον δέ τι] S. ὀρθῶς. WOLF.

P. 1421. v. 7. ἐκ μὲν οὖν τοῦ θορυβεῖν —] Hoc est, τῷ θορυβεῖν καὶ δυσχερᾶναι. *dum tumultuamini et fastiditis ea, quae dicuntur.* Nihil opus est subtiliter disputare, utrum τὸ θορυβεῖν antecedat et τὸ δυσχερᾶναι sequatur, an τὸ δυσχερᾶναι causa sit τοῦ θορυβεῖν, cum utraque coniungi soleant. WOLF.

P. 1421. v. 10. παραλείψετε] [παραλήψετε.] παραλείψετε legendum per ει, a παραλείπω, non per η, a παραλαμβάνω: quorum verborum tempora, quae η et ει habent, crebro permutantur. WOLF.

P. 1421. v. 12. ἂν] Abest a Bavarico et Aldina. REISK. Expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1421. v. 12. τούτῳ] τῷ μακρολογεῖν. SCHAEFER.

P. 1421. v. 15. ὁρῶ μὲν γὰρ, ὦ —] [ὁρῶν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.] Videtur hic novum esse exordium. Felicianus legit ὁρῶν μὲν γὰρ, ut cum superiori connectatur. Sed haud dubie legendum ὁρῶ. Alioqui, cum sequatur οὐ μὴν ἀλλὰ v. 17., esset ἀνανταπόδοτον. WOLF. Vulg. ὁρῶν μὲν γάρ. Hic incipit sextum exordium in Aldina et Bavarico, quibus ambobus deest γάρ. Iidem dant ὁρῶ in indicativi prima persona. Et hoc dedi. REISK. γὰρ delevit Bekker, novum hic Prooemium inchoans. Vere. SCHAEFER.

P. 1421. v. 16. οὓς — λόγους] Atticum pro ὧν — λόγων. WOLF. Quid attici hac in constructione sit non intelligo. SCHAEFER.

P. 1421. v. 16. ἀκούσητε] Scribendum ἀκούσαιτε. SCHAEFER.

P. 1410. v. 16. καθ' ἕν τι] [καθέντι.] καθ' ἕν τι tria verba sunt. *in uno quopiam*. WOLF. Vulg. καθέντι. In tria vocabula discerpunt haec, καθ' ἕν τι, Bavaricus, Weimaranus, Paulina. Et sic correxi. REISK.

P. 1410. v. 20. σωφροσύνην] Vide, num potius legendum sit δικαιοσύνην, ne sit παρ' ἱστορίαν. WOLF. Nec vulgata est παρ' ἱστορίαν. Quippe ἡ σωφροσύνη (*sapientia*) ut γενικὸν complectitur etiam τὴν δικαιοσύνην ut εἰδικόν. SCHAEFER.

P. 1410. v. 21. Γανυμήδην] Vulg. Γαννυμήδην. Γανυμήδην margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 22. τοιούτους] τοσούτους margo Lutetianae. REISK.

P. 1410. v. 23. τῆς] τὴν Paulina. REISK.

P. 1410. v. 23. τῶν μὴ — διακειμένων] Hoc est, τῶν μὴ ἐπιθυμούντων τῆς σῆς φιλίας. WOLF.

P. 1410. v. 26. ἤπου] ἤ που Bekker. SCHAEFER.

P. 1410. v. 26. τοῦ — κατασκευάντος] qui potitus est universis, videlicet temperantia, fortitudine, iustitia, pulchritudine. WOLF.

P. 1410. v. 28. ζηλοῦσθαι] [δηλοῦσθαι.] ζηλοῦσθαι, *fortunatos iudicari*. WOLF. δηλοῦσθαι Bavaricus, Aldina. Correxit Wolf. Barocc. 1. REISK.

P. 1411. v. 2. σαυτοῦ] Pro σαυτὸν legendum σαυτοῦ. OBSOP. [σαυτὸν.] σαυτοῦ. WOLF. Vulg. σαυτόν. Correxit item Wolfius. σαυτοῦ Paulina. Et sic dedi. σαυτοῦ non cum προκρίνας, sed cum ἀξίους cohaeret. REISK.

P. 1411. v. 2. προκρίνας] Idem est atque κρίνας πρὸ ἄλλων. *quos cum tu prae aliis te dignos iudicasses, amicos tibi deligis*. REISK.

P. 1411. v. 5. καλοκἀγαθία] καλοκαγαθία Bekker. SCHAEFER.

P. 1411. v. 6. προσσυνέστησεν] [προσυνέστησεν.] προσσυνέστησεν. WOLF. Vulg. προσυνέστησεν. προσσυνέστησεν Bavaricus, ut non a πρὸ, sed a πρὸς sit repetendum. Ita correxit quoque Wolfius. Idemque ego dedi. *praeter illos* (tibi a fortuna conciliatos amicos, necessarios) *adhuc tibi commendavit*. REISK.

P. 1411. v. 6. πότερον] πρότερον Barocc. 1. REISK.

P. 1411. v. 6. μόνους σ' ὀρθῶς γιγνώσκοντας] Vulg. μόνους ὀρθῶς γιγνώσκοντας. F. μόνους σ' ὀρθῶς γιγνώσκοντας. *an eos appellem, qui soli te recte cognitum atque perspectum habeant*. Et sic dedi de meo. REISK. Pronomen bene delevit Bekker. *an solos recti iudicii homines appellem*. SCHAEFER.

P. 1411. v. 8. τῶν] [τὸν σπουδαίων.] τῶν σπ. WOLF. Vulg. τὸν. τῶν Bavaricus, Aldina, Paulina, Wolfiana. Et sic correxi. REISK.

et exordiorum et numerorum. Verba haec, *πολλῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, desunt Bavarico. Post *πολλῶν* addit Aldina *δ'*. REISK.

P. 1422. v. 8. *παρὰ — συμβεβουλευκότων*] [*παρὰ πάντων τῶν συμβεβηκότων*.] *ab his*. M. *περὶ*. *de his, quae acciderunt*, vel *de eventis*. Sed legendum censeo *συμβεβουλευκότων*. WOLF. Vulg. *παρὰ — συμβεβηκότων*. *περὶ* margo Lutetianae e Paulina, probante Wolfio. Deinde *συμβεβουλευκότων* Bavaricus, quod etiam Wolfius coniecit, sed sic, ut, hoc probato, etiam *παρὰ* servetur, sin autem *συμβεβηκότων* servetur, tum *περὶ* optetur. Dedi *συμβεβουλευκότων*. REISK.

P. 1422. v. 10. *νῦν*] Abest a Paulina. REISK.

P. 1422. v. 10. *ὄντας — εὑρῆσθαι*] *esse propiores, ut, quid agi debeat, inventum sit*, id est, *nihilo propius accessisse ad inventionem* vel *aeque longe abesse ab eius inventione, quod fieri conveniat*, etc. WOLF.

P. 1422. v. 11. *ἀναβῆναι*] Videtur idem esse, quod *ἄνω βῆναι*, *adscendisse*. Unde et *Κύρου καὶ Ἀλεξάνδρου ἀνάβασις* dicitur a Xenophonte et Arriano descripta expeditio contra Persas: et Plutarchus in Vita Demosthenis: *τῷ δ' ἄνωθεν ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπιβατὸς χρυσίῳ γεγονώς*. Unde apparet, verbum *ἀναβαίνειν* de loco editiore proprie intelligi. Et Isocrates in Panegyrico de Persis loquens, *τοιγαροῦν*, inquit, *οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν ἐπὶ θάλατταν, οὓς καλοῦσι σατράπας, οὐ καταισχύνουσι τὴν ἐκείνων παίδευσιν*. WOLF. V. Ind. Graecitat. p. 32. SCHAEFER.

P. 1422. v. 15. *ἑαυτῶν*] Id est, *ἀλλήλων*. *mutuo accusant*, vel *se invicem accusant*. WOLF.

P. 1422. v. 16. *κακῶν*] *κακῶς* Paulina. REISK.

P. 1422. v. 17. *καθιστῶνται*] *καὶ καθιστᾶνται* Bavaricus. REISK.

P. 1422. v. 18. *πρᾳότεροι*] *πραότεροι* Bekker. SCHAEFER.

P. 1422. v. 20. *δικασταὶ καὶ κριταὶ*] Redundantia dicendi Demosthenica. Neque enim magis hîc quam alibi videtur obtinere significationis discrimen, quod inter haec nomina intercedere docet Wyttenbachius ad Iulian. p. 219. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 1422. v. 20. *γίγνησθε*] *γίγνεσθε* Bavaricus, sed cum *η* superscripto. REISK.

P. 1422. v. 21. *ἀνόητον*] *ἀνόνητον* index Lambini. REISK.

P. 1422. v. 22. *ὅτι δὲ — συμφέρει*] *quia verò vobis non confert*, scilicet *aures praebere vitilitigatoribus*. WOLF.

P. 1422. v. 26. *τῶν αὐτῶν — ποιήσω*] *nihil eorundem illis faciam*, id est, *eos minime imitabor*. WOLF.

P. 1422. v. 28. *δύνωμαι*] Vulg. *δύνωμεν*. *δύνωμαι* Paulina, index Lambini. Et sic correxi. REISK. Similes hoc in verbo

barbarismos scribarum tetigit Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 418. SCHAEFER.

P. 1423. v. 1. Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες —] Hoc est exordium orationis περὶ συμμοριῶν, verbo uno duntaxat atque altero mutato. WOLF.

P. 1423. v. 5. πραγμάτων] Post h. v. addit index Lambini λέγειν. REISK. Reiskiana hanc notulam ad p. 1425, 15. retulit. SCHAEFER.

P. 1423. v. 7. ὑπειλημμένης] ὑπειληφένης Aldina. REISK.

P. 1423. v. 12. παραδείξασθαι] Vulg. παραδέξασθαι. Malim παραδείξασθαι. Et sic dedi de meo. REISK. Bekkerus: „παραδείξασθαι S. ceteri παραδέξασθαι." V. not. ad p. 178, 11. SCHAEFER.

P. 1423. v. 12. δεδύνηνται,] δεδύνηνται. Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1423. v. 13. δοκῆτε] δοκεῖτε Bekker. V. not. ad p. 178, 13. Luciani T. III. p. 192. οὐκ ἂν οἰόμεθα — ἐλθεῖν; scripseram Melet. Crit. p. 60. Vulg. οἰώμεθα. Quid hac de emendatione Fritzschius? „Schaeferus" inquit Quaestionn. Luciann. p. 198. „iam dudum, sat scio, suam ipse coniecturam reiecit." Falleris, o bone! Nec reieci nec reiiciam, quippe non appetens soloecismorum: quod tu enim tueris, οὐκ οἰώμεθα, ut soloece dictum Lucianus aversatur. Conf. quae monui ad p. 188, 15. SCHAEFER.

P. 1423. v. 14. λέγοντες] Post h. v. addit margo Lutetianae λέγειν. REISK. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 1423. v. 15. φανείημεν] Post h. v. addit margo Lutetianae ὄντες. REISK. V. not. ad v. 16. SCHAEFER.

P. 1423. v. 15. ὑμέτερα] ὑμέτερ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1423. v. 16. παρελθὼν] Post h. v. addit margo Lutetianae εἰς. REISK. Omnia haec additamenta (v. 14. 15. 16.) Lambinus videtur, non e Codicibus, sed ex ipsa Demosthenis Oratione petivisse. SCHAEFER.

P. 1423. v. 16. δύναιτο, ὅ τι διδάξαι] Vulg. δύναιτό τις διδάξαι. Encliticum tolli vult Wolfius. Atque aut delendum aut cum τῷ mutandum videtur. Sed dedi de meo δύναιτο, ὅ τι διδάξαι (in optativo). *oratione ad id quoque adducere, quod demonstrarit.* REISK. δύναιτό τι διδάξαι Bekker. Malim δύναιτο διδάξαι, ut ipse Demosthenes. V. not. ad p. 178, 17., ubi Amersfoordtius nonnihil turbavit. SCHAEFER.

P. 1423. v. 18. δὲ] δὴ Bavaricus. REISK.

P. 1423. v. 21. βασιλέα] Vulg. τὸν βασιλέα. Articulus abest a Bavarico. REISK.

P. 1423. v. 22. Ἀμφότεροί μοι δοκοῦσιν —] Hoc est exordium orationis ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν. WOLF. Adscriptum Bavarico: περὶ Μεγαλοπολιτῶν. REISK.

P. 1423. v. 26. πρεσβεύονται] Post h. v. addit Bavaricus καί. REISK.

P. 1424. v. 2. ἀφέλοιτο] Recte ἀφέλοι Bekker. SCHAEFER.

P. 1424. v. 3. ἀττικιστὶ] In oratione p. 202, 11. ἀττικῶς. WOLF. ἀττικὴ ἐστι Aldina. REISK.

P. 1424. v. 3. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1424. v. 4. οἶδα] οἶμαι margo Bavarici cum γρ. REISK.

P. 1424. v. 7. καὶ ταῦθ'] Bekkerus: „κατὰ S. voluit κᾆτα." SCHAEFER.

P. 1424. v. 7. περιμείνητε] Recte περιμένητε Bekker. SCHAEFER.

P. 1424. v. 8. διαβεβλήσεται] Vulg. διαβέβληται. διαβεβλήσεται Bavaricus, Aldina, Paulina. Et hoc dedi. REISK.

P. 1424. v. 11. ἢ παρ' ἃ] Vulg. ἥπερ ἃ. Dedi de meo ἢ παρ' ἅ. *secus atque ego sentio saluberrimum esse.* REISK.

P. 1424. v. 11. προέσθαι — ἐξαπατῆσαι] Margo Lutetianae dat προεὶς τισιν ὑμᾶς, item προέσθαι τισὶ καὶ ὑμᾶς, et προέσθαι τισὶν ὑμᾶς ἐξαπατήσας. REISK.

P. 1424. v. 13. ὑπ' αὐτῶν] S. τῶν τε τοῖς Λάκωσι καὶ τῶν τοῖς Ἀρκάσι συνειρηκότων. In oratione est ὑφ' ἁπάντων p. 202, 22. WOLF.

P. 1424. v. 20. εἰώθασι] οἰώϐασι Paulina. REISK.

P. 1424. v. 20. ἀφθόνως] Bekkerus: „ἀφθόνοις Υ. Ο." Placet. SCHAEFER.

P. 1424. v. 21. νομίζουσιν] Abest ab Aldina. REISK. Recte expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1424. v. 23. διὰ τοὺς — αὐταῖς] Libet ad huius loci declarationem pauca ex Epistola Ciceronis ad Lentulum adscribere. „Neque permanendum" inquit „in una sententia, conversis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis, sed temporibus assentiendum. Nunquam enim praestantibus in republica gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas, quum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem coeperis, potius, quam, eo commutato, quo velis tandem pervenire, sic, quum omnibus nobis in administranda republica propositum esse debeat (id quod a me saepissime dictum est) cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus." WOLF.

P. 1424. v. 26. οὖν] Abest a Paulina. REISK.

P. 1424. v. 27. τοῦ δύνασθαι λέγειν δόξαν] Idem legimus p. 1423, 6. Statim sequitur synonymum φιλοτιμίαν. Ut hinc etiam appareat Reiskium ad p. 178, 6. nodum in scirpo quaesivisse. SCHAEFER.

P. 1425. v. 1. αὐτοῖς] αὑτοῖς Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 1425. v. 2. δὲ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 1425. v. 2. τῇ] Abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK. Delevit Bekker. Neque opus addi articulum: nam etsi πόλις, quando *rempublicam* significat, fere dicitur cum articulo, ut p. 1426, 16. s., tamen omissi exempla articuli passim occurrunt. V. p. 1426, 26. SCHAEFER.

P. 1425. v. 3. συνοίσει] συνοίσειν Aldina. REISK.

P. 1425. v. 3. σκοπεῖν] δεῖν σκοπεῖν margo Lutetianae. Sed hac admissa lectione indicat Wolfius in Farragine χρῆναι paulo ante v. 2. oportere tolli. REISK.

P. 1425. v. 5. οἱ παραχρῆμα λόγοι χάριν] Malim οἱ λόγοι τὴν παραχρῆμα χάριν. REISK. Lenior haec ratio: οἱ λόγοι παραχρῆμα χάριν —. SCHAEFER.

P. 1425. v. 5. ἕξουσι] Sine littera paragogica etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 1425. v. 10. ἁμάρτημα — προτιθέναι] *erratum fuerit convocare senatum, proponere deliberationem, dare consulendi potestatem.* WOLF.

P. 1425. v. 11. συμφέρειν] συμφέρει Paulina. REISK.

P. 1425. v. 12. εἰ δὲ — οὐκ ὀρθῶς ἔχει] F. εἰ δὲ σκοπεῖν δεῖ, τί καὶ βούλεσθε, ὡς ἐκ τῶν ῥηθησομένων εὐδοκιμῆσαι, οὐ δέον, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. *Sin autem explorare oportet, quid velitis dici, ut orator ex oratione sua laudem consequatur, id quod haud decet, recte non habet.* REISK. Multum fallitur. Ad εἰ δὲ σκοπεῖτε καὶ βουλεύεσθε subaudi τί βέλτιστον ὂν τυγχάνει πρᾶξαι. SCHAEFER.

P. 1425. v. 13. ὡς — δοκιμάσαι δέον] *quasi probandum sit.* WOLF.

P. 1425. v. 15. παρὰ μὲν γὰρ τῶν —] Lutetiana hoc scholium habet adscriptum: Οἱ κωλυόμενοι ὑφ' ὑμῶν λέγειν ἄλλοι μὲν χρήσιμόν τι ἐνθυμηθέντες λέγειν, σιωπῶσι· καὶ οὕτω παρὰ τούτων οὐδὲν λεγόντων ἀποστερεῖσθε τὸ ποιεῖν ἐκεῖνο, ὃ ἐντεθύμηνται, χρήσιμον ὄν. ἄλλοι δὲ ἀφέντες ἃ τυγχάνουσιν ἐγνωκότες, καὶ ἃ προὐμελέτησαν, χρήσιμα ὑμῖν ὄντα, ἀναγκάζονται τὰ ὑμῖν ἡδέα ποιεῖν συμβουλεύειν. Scite interpretatur Scholiastes, quomodo intelligi oporteat παρὰ μὲν τῶν ἀποστερεῖσθε. Quod dictum est ῥητορικῶς, non item λογικῶς: quippe ipsa concio ἀποστερεῖ ἑαυτὴν τῷ κωλύειν τοὺς τοιούτους λέγειν. SCHAEFER.

P. 1425. v. 15. γὰρ] Abest a Bavarico, Aldina, Paulina. REISK.

P. 1425. v. 16. ἐκ τοῦ τοῦτο ποιεῖν] [ἐκ τούτου τὸ ποιεῖν.] Lege ἐκ τοῦ τοῦτο ποιεῖν. WOLF. Vulg. ἐκ τούτου τὸ ποιεῖν. Dedi ἐκ τοῦ τοῦτο ποιεῖν. REISK.

P. 1425. v. 17. ἀφέντας] ἀφέντες Bavaricus. REISK.

P. 1425. v. 18. οἴονται] Pro οἷόν τε lege οἴονται. WOLF. οἷόν τε Aldina, Paulina. REISK.

P. 1425. v. 25. θελήσητε] Bekkerus: „ἐθελήσητε Y. O.“ Quod ob antecedens μὴ aures Atticae videntur respuisse. Suspicor enim hoc in verbum valere idem quod in pronomen ἐκεῖνος. SCHAEFER.

P. 1426. v. 1. σήμερον] τήμερον Bavaricus. REISK. τήμερον Bekker. Recte: est enim dialecti Demosthenicae. SCHAEFER.

P. 1426. v. 2. δεῖ τοίνυν —] Scilicet qui ante Demosthenem verba fecerant, neglectâ re quae agenda erat, mutuis se accusationibus, qui tunc fuit mos oratorum, erant insectati. SCHAEFER.

P. 1426. v. 3. προέσθαι] *accusationes abiicere.* Malim ὑπερθέσθαι, *differre, in aliud tempus reiicere.* WOLF. ὑπερθέσθαι margo Lutetianae ex indice Aldinae, item margo Bavarici cum γρ. REISK. Bekkerus: „ὑπερθέσθαι v. et γρ. F. Y. Q.“ Satis placet: ut quae sequuntur sint ἐξηγητικά. SCHAEFER.

P. 1426. v. 3. καθ' ὅτου] *contra quem.* Malim καθ' ὅ τι, *prout visum fuerit.* WOLF. Ne audias. SCHAEFER.

P. 1426. v. 5. ἔχοι] ἔχει margo Lutetianae. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 1426. v. 5. ἀποφαινέσθω] ἀποφαίνεσθαι Paul. et Manut. *), sed hic cum ω super extrema syllaba. REISK. ἀποφαίνεσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1426. v. 6. τοῖς πεπραγμένοις] Malim τῶν τοῖς π. WOLF. Bavaricus vulgatam exhibet, sed super utraque terminatione οις dat ων, ut sit τῶν πεπραγμένων. REISK. Ego idem quod Wolfius malim. SCHAEFER.

P. 1426. v. 7. προτίθεται] προτίσθεται Paulina. REISK. O miram importunamque περιεργίαν, cuius pudenda exempla cum alibi tum ad p. 1419, 3. 1424, 20. vidimus. Talia enotare Fischeros et Findeisenos decebat, dedecebat Reiskios: doleoque bonam chartam perdi repetendis. Sed in labore hoc taedii plenissimo omnia mihi corradenda fuerunt, ne quis de fraude facta conquereretur. SCHAEFER.

P. 1426. v. 10. πειράσομαι μὲν φυλάξασθαι] Vulg. πειράσομαι φυλάξασθαι. Post πειράσομαι addit Bavaricus μὲν. Eandem particulam addit margo Lutetianae post φυλάξασθαι. Dedi πειράσομαι μὲν φυλάξασθαι. REISK. Malim μὲν positum post φυλάξασθαι. SCHAEFER.

P. 1426. v. 15. οὕτω] [οὐ τὸ.] οὕτω. WOLF. Vulg. οὐ τὸ. Correxi οὕτω. REISK.

P. 1426. v. 18. φιλονεικίαν] Scribendum esse φιλίαν antecedentia satis, opinor, ostendunt. φιλονεικίαν et φιλίαν confun-

---

*) Scribendum videtur *Bavar.* SCHAEFER.

duntur etiam in Tzetzae Scholiis ad Lycophron. 355. „e male intellecto scripturae compendio", ut vere Müllerus p. 659. V. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 848. Quod scripturae compendium h. l. imposuisse librariis nemo mirabitur, qui reputaverit ἐπήρεια et φιλονεικία affinia esse nomina: ut aliis locis consociari non detrectent. V. p. 1440, 26. SCHAEFER.

P. 1426. v. 19. τοσοῦτον] [τοῦ τοσοῦτον.] τοῦ delendum. WOLF. τοῦ τοσοῦτον Aldina. REISK.

P. 1426. v. 20. τοιοῦτον] Bekkerus: „τοιοῦτο v." Placet. SCHAEFER.

P. 1426. v. 21. παύσασθαι] Bekkerus: „παύσεσθαι S. Y. Q. O." Placet. SCHAEFER.

P. 1426. v. 22. προϊεμένους] Subaudi τούτοις. SCHAEFER.

P. 1426. v. 26. προσήκει] [προσήκειν.] προσήκει. WOLF. προσήκειν Aldina. Quod correxit Wolfius. REISK.

P. 1427. v. 2. ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐστὲ] V. Ind. Graecitat. p. 54. et 228. extr. et not. ad p. 485, 7. SCHAEFER.

P. 1427. v. 2. ἀξιόχρεῴ εἰσι] [ἀξιόχρεώς ἐστι.] Sententia est, eversionem legum rem esse tantam, ut nullo satis magno supplicio coërceri possit et vindicari, neque, etiamsi mulcta irrogetur delinquenti, propterea quicquam consultum esse reipublicae. WOLF. Vulg. ἀξιόχρεώς ἐστι. ἀξιόχρεῳ εἰσὶ margo Lutetianae e Paulina. ἀξιόχρεώς εἰσι Bavaricus. Dedi ἀξιόχρεῴ εἰσι. REISK. *sufficere luendis poenis legum corruptarum.* SCHAEFER.

P. 1427. v. 3. ἐπίφθονον] ἐπίφθονος Paulina. REISK.

P. 1427. v. 7. οὐ μόνον] [μόνον.] οὐ μόνον lege. WOLF. Addendum esse οὐ, quod Paulinae deest, vidit Wolfius quoque et admonuit. REISK.

P. 1427. v. 8. ἀλλ' οὐδ' — γιγνώσκειν] *sed nec prope esse recte sentiendo,* id est, *multum abesse, ut recte sentiant.* WOLF.

P. 1427. v. 9. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 1427. v. 13. σκοποῖτε] Vulg. σκοπεῖτε. σκοποῖτε Bavaricus. Et sic correxi. REISK.

P. 1427. v. 16. ὥσπερ ἐκ γένους] *tanquam e familia* vel *genere*, hoc est, *haereditariam.* WOLF. F. ὥσπερ ἱερωσύνην ἐκ γένους. REISK. Ne credas. Recte Wolfius. SCHAEFER.

P. 1427. v. 17. Βουλοίμην ἂν] [βουλοίμην τοίνυν ἄν.] τοίνυν recte videtur omitti: alioqui hoc erit cum superiore coniungendum. WOLF. Post Βουλοίμην addit Bavaricus τοίνυν: item Aldina. REISK.

P. 1427. v. 21. οὗτος] οὕτως Bavaricus. REISK.

P. 1427. v. 26. ἀκούετε.] ἀκούετε; Reiskiana et Bekkeri Oxoniensis: non item Berolinensis nec Dindorfiana. SCHAEFER.

P. 1427. v. 26. γνῶναι μὲν ἔστιν] γνῶναι μὲν δεινός ἐστιν ἕκαστος margo Lutetianae. Index Lambini, verba sic collocata exhibet: γνῶναι μέν ἐστιν, ἑκάστῳ ῥᾴδιον τὰ δέονθ' ὑμῶν. REISK.

P. 1427. v. 27. τὰ τῶν ἄλλων] S. ἔργα τὰ προσήκοντα τοῖς ἄλλοις. *quid alii praestare debeant.* WOLF. Post τῶν ἄλλων videtur ἁμαρτήματα deesse. REISK. Non deest. Wolfius recte interpretatur. SCHAEFER.

P. 1427. v. 28. οὐ χαριεῖται] F. οὐχ ὁρᾶται, aut ποιεῖν — οὐχ αἱρεῖται. REISK. An οὐ χαίρει; Nam χαίρεται, quod propius, Datidi magis forsitan conveniret quam Demostheni. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 67. Omnia vana. *non gratificabitur civitati, non promerebitur de civitate,* scilicet τῷ ὑποστῆναι λειτουργίας. V. p. 1428, 2. s. SCHAEFER.

P. 1427. v. 28. καὶ ἰδίᾳ] [ἰδίᾳ.] καὶ ἰδίᾳ. WOLF. Copulam, quae deest Bavarico et Aldinae, addendam esse admonuit Wolfius. REISK.

P. 1428. v. 1. ἕτοιμος] Vulg. ἑτοίμως. ἕτοιμος Bavaricus. Et hoc dedi. REISK. ἑτοίμως Bekker. SCHAEFER.

P. 1428. v. 1. δόξων] δόξω Paulina. REISK.

P. 1428. v. 1. ἐπιτιμᾷ — εὐλαβεῖται] [ἐπιτιμᾷν — εὐλαβεῖσθαι.] Malim ἐπιτιμᾷ — εὐλαβεῖται. WOLF. Vulg. ἐπιτιμᾷν — εὐλαβεῖσθαι. ἐπιτιμᾷ — εὐλαβεῖται Paulina, unde repetiit margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1428. v. 3. ἔσεσθε] Censeo legendum διαπεπραγμένοι vel πεποιηκότες ἔσεσθε. WOLF. Non opus. Est i. q. δι' ὧν τι τῶν καθηκόντων ἅπαντες λειτουργήσετε. SCHAEFER.

P. 1428. v. 3. ἔσεσθε] ἔσεσθαι Paulina. REISK.

P. 1428. v. 4. ὃς — ταύτης] *quod intra istam dissimulationem veniat,* id est, *interpellet, abiicere cogat.* WOLF. Figura a militibus sumta intra tela hostium irruentibus atque ita irrita reddentibus. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 67. εἴσω ἀφίξεται quid valeat, docet quod statim sequitur, τὰ πράγματα ἐγγυτέρω προσάγοντα. De v. εἰρωνεία v. Ind. Graecitat. p. 185. SCHAEFER.

P. 1428. v. 5. δὲ] Abest ab Aldina. REISK.

P. 1428. v. 6. προσάγοντα] προσάγειν οἱ πολέμιοι dicuntur hostes, cum exercitum admovent. Legi etiam queat προσιόντα. WOLF.

P. 1428. v. 7. μάχησθε] Scribendum μαχεῖσθε. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1428. v. 8. ἔχητε] Bekkerus: „ἕξητε γρ. S. Q." Scribendum ἕξετε. SCHAEFER.

P. 1428. v. 10. Περὶ μὲν τῶν —] Pleraque sumta ex oratione περὶ συντάξεως. WOLF.

P. 1428. v. 11. δεῖ] ἔδει margo Lutetianae e Paulina. REISK.

P. 1428. v. 13. δὲ] μὲν Aldina. μέντοι Bavaricus. REISK. μέντοι Bekker. SCHAEFER.

Nam si eadem probarunt, cur contradicant postea? WOLF. τοῖς τότε δόξασι, quae nunc improbatis et exagitatis. Unde patet proximum συνειπεῖν bene habere, immerito a Wolfio vexatum. Quod autem ille mavult, ἀντειπεῖν, item est in indice Lambini. REISK. Vulgatam Reiskius bene tuetur. SCHAEFER.

P. 1443. v. 15. ταῦτα] S. quae nunc audire detrectatis. WOLF. Post h. v. videtur λαβὴν vel simile quid deesse. REISK. Mihi non videtur. ταῦτα, τὰ τότε δόξαντα. SCHAEFER.

P. 1443. v. 16. τούτων] ea scilicet, quae vos hac in concione decernetis. REISK.

P. 1443. v. 16. οὐδαμῶς —] Wolfiana novum Prooemium hinc orditur. Recte, ut arbitror. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1443. v. 17. οὔτε τὰ πράγματα —] Margo Lutetianae ita dat: οὔτε γὰρ τὰ πράγματα. ἤτοι οὕτως γράφε. οὐδαμῶς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε τὰ πράγματα. REISK. Corrigendum puto: οὔτε τὰ πράγματα — ἀτοπώτεροι φανείητε, ἢ εἰ μηδὲ — δοκοίη, μηδ', ἀφέντες ἃ μὴ συμφέρει, τῶν πρὸ ὁδοῦ τι περαίνοιτε. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 68. Bekkerus: „οὐδαμῶς — οὔτε τὰ] Immo μηδαμῶς — οὔτε γὰρ ἂν τά.“ Mihi videtur locus sic refingendus: Οὐδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε τὰ πράγματ' ἂν χείρω γένοιτο, οὔθ' ὑμεῖς ἀτοπώτεροι φανείητε, ἢ εἰ —. Particulam ἢ ante εἰ inseri oportere videram, antequam idem et Lambino et Seagero placuisse cognoscerem. Sed cave cum Anglo legas ἃ μὴ συμφέρει. ἀφέντες ἃ συμφέρει, *missis iis quae civitati prosunt*: quae nullo modo decebat facere missa. Haec qui probaverit, in loco satis vexato nihil praeterea requiret. SCHAEFER.

P. 1443. v. 18. ἀτοπώτεροι] ἀτοπώτερον Aldina. REISK.

P. 1443. v. 18. φανείητε] Post h. v. addit index Lambini ἢ. REISK.

P. 1443. v. 18. εἰ μηδὲ —] [εἰ μήτε —.] Sententia est: *Si neque decreta vestra irrita videbuntur, neque vos ea, quae profutura sint, sic egeritis, ut utilia omittatis, neque certis quibusdam oratoribus, tanquam histrionibus in scena regnantibus, addicti fueritis, et res vestrae meliore in loco futurae sunt, et vos habebimini prudentiores.* Multitudo negationum perturbat minus attentos, quae si in affirmationes convertantur, omnia erunt planiora, ad hunc modum: οὐδαμῶς χεῖρω, id est, πολλῷ βελτίω, οὐκ ἀτοπώτεροι, id est, φρονιμώτεροι, μὴ μηδὲν πέρας ἔχειν, id est, πέρας τι ἔχειν, μηδ' ἀφέντες, id est, καὶ φυλάξαντες, εἴητε δέ, id est, καὶ μὴ εἴητε. Hic enim negatio repetenda est e superiore membro μηδ' ἀφέντες. Sic nullus, opinor, scrupulus restabit. Nam in sequenti exordio ἀλυσιτελέστατον esse dicit τὸ πέρας μηδὲν ἔχειν τῶν τοῖς Ἀθηναίοις δοξάντων p. 1444, 15. et in fine huius ipsius exordii monet Athenienses, ne rectum sibi extorqueri sinant, et oratorum improbitatem accu-

sat. WOLF. Wolfii rationem convincit vel solum illud μηδαμῶς — ἀλλά, quod sequitur v. 21. s. SCHAEFER.

P. 1443. v. 18. μηδὲ] Vulg. μήτε. Dedi de meo μηδὲ, *ne ipsa quidem a vobis decreta.* REISK. Recte μήτε Bekker. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1443. v. 20. μηδ'] Recte μήτ' Bekker., etsi μηδ' Codices eius consensu tuentur. SCHAEFER.

P. 1443. v. 20. τῶν πρὸ ὁδοῦ] τὰ πρὸ ὁδοῦ sunt τὰ λυσιτελοῦντα, *ea, quae adiuvant et expediunt rem.* Videtur significare, alias utilitates sic amplectendas, ut aliae non negligantur. Sed argutior esset sententia, si τῶν πρὸ ὁδοῦ τι ἀντὶ τοῦ τῶν τυχόντων τι liceret interpretari. WOLF. Non licet. Vera prior interpretatio. Minus placet quod habet Ind. Graecitat. p. 354. V. de hac locutione H. Stephani Thes. c. 6530. C. 6532. A. SCHAEFER.

P. 1443. v. 21. εἴητε δ' ὥσπερ —] Repetenda est, ut dixi, negatio μή, nisi forte legendum εἴητε δ' οὐχ ὥσπερ —. οἱ τὰ θέατρα καταλαμβάνοντες videntur esse comoedi et tragoedi. Qui, quamvis explodi nonnunquam solent, tamen illis solis vacant et oculi et aures auditorum, praesertim cum praeclare se gerunt et nunc risum, nunc fletum, nunc indignationem, nunc misericordiam movent, denique spectatores, tanquam tyranni, in quemvis affectum traducunt. Sic intelligere malo, quam τὸ κατέχειν τὸ θέατρον pro θέαν καταλαμβάνειν. Quod si cui placeat, sententia fuerit: In theatro, quem quisque locum occupat, eum tenet: sed apud vos ita fieri non debet, ut primo cuique sententiam dicenti pareatis, exclusis posterioribus. Et quidem videntur verba quaedam deesse, ut εἴητε δ' ἐνίων τῶν λεγόντων, ὥσπερ —, vel εἴητε δὲ τῶν πρώτων εἰπόντων, ὥσπερ —. Locus mendo vacare non videtur: sequatur quisque, quod videbitur. WOLF. Hic desunt quaedam, nisi haec sit sententia: quo fiat, ut sitis in potestate eorum, qui primi dixerint, perinde atque sedilia in theatro eorum sunt, qui primi occupavere. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1443. v. 21. καταλαμβανόντων] Bekkerus: „προκαταλαμβανόντων S. Y. O." Vere, ut arbitror. *pendeatisque de iis qui primi dixerunt, tanquam de histrionibus qui theatra primi occupaverunt.* SCHAEFER.

P. 1443. v. 22. πονήσαντες] [ποιήσαντες.] F. πονήσαντες. Quod magis atticum videtur. WOLF. Vulg. ποιήσαντες. πονήσαντες Bavaricus, margo Lutetianae. Et hoc dedi. REISK.

P. 1443. v. 23. ἀμφοτέροις] ἀμφοτέραις Aldina. REISK.

P. 1443. v. 27. τῷ μὲν γὰρ —] Reiskius τῷ μὲν γὰρ dedit. Verum cum de re, non de persona agatur, genitivus potior quam dativus post συγγνώμη. Malim igitur τοῦ μὲν γὰρ —. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69. Omnium scripturam librorum τὸ μὲν γὰρ — revocavit Bekker. Iure. Constructio haec haud infrequens

est. Quanquam infinitivus substantivi fungens vice fere caret articulo: qui cur h. l. additus sit causa manifesto apparet. Herodotus I. 39. Συγγνώμη μὲν — φυλακὴν ἔχειν. Thucydides V. 88. Εἰκὸς μὲν καὶ ξυγγνώμη — τρέπεσθαι. Ipse Orator p. 415, 17. Συγγνώμη ἀδελφῷ βοηθεῖν. SCHAEFER.

P. 1443. v. 27. βέλτιον] F. βέλτιόν τι. WOLF. Non opus. SCHAEFER.

P. 1443. v. 28. αὐτὸν] Immo αὑτόν. SCHAEFER.

P. 1444. v. 3. δικαίαν] Aut post h. v. aut alibi hic viciniae particula ἂν excidit. SCHAEFER.

P. 1444. v. 3. ἔχον] Vulg. ἔχειν. Dedi de meo ἔχον. REISK. ἔχειν Bekker. Recte. Quidni enim Oratorem putemus hoc scripsisse lenius? Leniorem autem infinitivum cur dicam, tirones docebunt Excerpta ex Grammatica Georgii Lecapeni in Matthaei Lectionn. Mosqu. T. I. p. 77. s. SCHAEFER.

P. 1444. v. 3. σιωπᾷν] Immo σιωπᾷν ἄν. SCHAEFER.

P. 1444. v. 7. παρὰ τούτων] τοιούτων margo Bavarici cum γρ. et index Aldinae. REISK.

P. 1444. v. 8. συμφέροντα] [συμφέροντας.] συμφέροντα. WOLF. Sic corrigit Wolfius συμφέροντας nescio cuius editionis. REISK.

P. 1444. v. 8. εἰδότας] Post εἰδότας aut deest ὑμᾶς aut certe subaudiendum est. REISK. Subaudiendum est. SCHAEFER.

P. 1444. v. 10. τυγχάνετε] τυγχάνητε malim. WOLF. Hoc nunc ne tiro quidem malit. SCHAEFER.

P. 1444. v. 12. ἕκαστος] Adverte relatum ad ἡγεῖτο, non, quod quis exspectet, ad πείθειν. Eodem modo infra v. 28. relatum est ad ἔχῃ, non ad λέγειν. SCHAEFER.

P. 1444. v. 15. ἔχειν — καταγιγνώσκετε] Durior constructio, praecedente infinitivo, subiungi per coniunctionem indicativum. Quare, nisi auctores interdum et hoc et alia indulgere sibi scirem, legere malim παρανοίας θ' ὑμᾶς καταγινώσκειν ὑμῶν αὐτῶν μεταβουλευόμενοι, vel ὅτι μήτε πέρας μηδὲν ἔχει etc. Sed sententia plana est. WOLF. Pro ἔχειν margo Lutetianae dat εἶχε. Post idem margo hanc dat lectionem: ὑμᾶς καταγινώσκειν ὑμῶν αὐτῶν μεταβουλευομένους e coniectura Wolfii. REISK. εἶχε verum videtur. Aliud huius confusionis exemplum dat nota ad p. 1445, 22. SCHAEFER.

P. 1444. v. 21. ἐξὸν] [ἐξ ὧν.] Legendum haud dubie ἐξόν. *cum liceret monere.* Eadem sententia graviter urgetur in oratione περὶ στεφάνου actorum Demosthenis et consiliorum calumniator Aeschines. WOLF. Vulg. ἐξ ὧν. ἐξὸν Bavaricus. et Wolfius e coniectura repetita a margine Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1444. v. 21. βεβουλευμένων] Si sic manet sine articulo

τῶν, erit masculinum et subaudietur ὑμῶν. *accusare vos, qui consilia ceperitis atque decreveritis.* Sin autem τῶν praeponatur, tum erit neutrius generis et significabit *ob decreta.* REISK. Neutrius est generis, etiamsi articulus non praeponatur. Nec significat *ob decreta*, sed *decreta.* V. p. 1443, 16. SCHAEFER.

P. 1444. v. 23. εὔνων] Bekkerus: „εὐνόων S. Q." V. Lobeckius ad Phrynich. p. 142. SCHAEFER.

P. 1444. v. 24. (καὶ — γενέσθω,)] *neque vero velim id, quod dicam, exsistere iurgii principium.* WOLF.

P. 1444. v. 25. ἐπαινοῦντες] [ἐπαινοῦντας.] ἐπαινοῦντες. WOLF. ἐπαινοῦντας Paulina. REISK.

P. 1444. v. 26. ἄγασθαι] [ἄγεσθαι.] ἄγασθαι. WOLF. Praefert hoc Wolfius lectioni ἄγεσθαι e Paulina a margine Lutetianae repetitae. REISK.

P. 1444. v. 27. αὐτό] Vulg. αὐτοί. Dedi de meo αὐτό. REISK. Bekkerus: „αὐτῷ τοὐναντίον S." Non displicet. SCHAEFER.

P. 1444. v. 27. ποιοῦσι.] ποιοῦσι; Reisk. ποιοῦσιν; Bekker. SCHAEFER.

P. 1444. v. 28. μέχρι — τοῦ δόξαι] *eo usque dum statuatur*, id est, *antequam* vel *tantisper dum decreta fiant.* WOLF. F. μέχρι μὲν τοῦ δόξαι τι. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69. Non opus. SCHAEFER.

P. 1445. v. 1. ἐπειδὰν δ' ἐπικυρωθῇ] S. ἡ γνώμη. *cum aliqua sententia comprobata et decreta fuerit.* WOLF.

P. 1445. v. 1. ταὐτά] [ταῦτα.] Malim ταὐτά. *eadem laudare omnes rerumque gerendarum esse adiutores, illos etiam, qui adversati fuerant.* WOLF. Wolfium, lectore non monito, secutus est Reiskius: nam Lutetiana habet ταῦτα. Quod revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 1445. v. 2. πολλῶν — περιγίγνονται] [πολλοὶ μὲν ὄντες, οὐ πολλοὶ περιγίνονται.] Suspecta mihi lectio est, nec tamen venit in mentem certius aliquid. Interim sic expono: *quamvis multi sint, non multi tamen vincunt*, id est, *maior pars non vincit meliorem*, ut Livius loquitur. Quod si transposita negatione legas τοιγάρτοι οὐ πολλοὶ μὲν ὄντες, πολλῶν περιγίγνονται, id est, *cum multi non sint, multos vincunt*, sententia erit, eos prudentia et concordia potius quam numero caeteris esse Graecis superiores. Praeclarum sane institutum Laconum: SENTENTIAS DICERE LIBERAS; CONCILII LIBERI DECRETA CONCORDITER TUERI. WOLF. Vulg. πολλοὶ μὲν —. πολλοὶ etiam Bavaricus, sed cum ῶν superscripto. Wolfius quoque πολλῶν coniecit, quam coniecturam margo Lutetianae repetiit. Dedi πολλῶν. REISK. Marginis Lutetianae scriptura prorsus concordat cum Reiskiana. SCHAEFER.

P. 1445. v. 6. παραινεῖν] Legendum περαίνειν. WOLF. περαίνειν margo Lutetianae e coniectura Wolfii. REISK. Recte περαίνειν Bekker. Eadem verba vidimus confusa p. 1429, 12. SCHAEFER.

P. 1445. v. 7. οὐχ ὥσπερ—] V. Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 259. SCHAEFER.

P. 1445. v. 7. καὶ] καὶ post ἡμεῖς deletum malim. SCHAEFER.

P. 1445. v. 7. διὰ τοὺς] Praepositio abest ab Aldina. REISK. Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 1445. v. 9. κἂν] Immo ἂν. SCHAEFER.

P. 1445. v. 9. ποιήσῃ] Scilicet ψηφίσματι ἐπικυρωθέντι. SCHAEFER.

P. 1445. v. 10. τοῦτον] Vulg. τοῦτο. τοῦτον Bavaricus, Paulina, index Lambini. Et hoc dedi. REISK.

P. 1445. v. 10. λέγῃ] *suadeat.* SCHAEFER.

P. 1445. v. 13. τί—παραινεῖς] Delendae subdistinctiones post οὖν et εἴποι. V. Erfurdtius ad Sophocl. Oed. T. 929. p. 127. edit. min. SCHAEFER.

P. 1445. v. 17. παρὰ τὸ—] *propterea quod*—. SCHAEFER.

P. 1445. v. 18. οὐκ ἐθέλειν ἀκούειν] Si Prooemium hoc est Orationis vere habitae, (id quod verisimilius puto,) turbaverat corona, antequam Demosthenes sic ordiretur: sin merum est progymnasma, ponit Orator turbatum esse. Haec causa est cur scriptum sit οὐκ, non quod fortasse exspectes μή. Conf. p. 1446, 25. SCHAEFER.

P. 1445. v. 18. χείρω] χεῖρον Bekker. Idem: „χεῖρόν τι γρ. Q." Non displicet. SCHAEFER.

P. 1445. v. 21. εὔξαισθε] [εὔξεσθε.] Legendum εὔξαισθε in optativo per αι. WOLF. εὔξεσθε Aldina. Quod corrigit Wolfius ad modum vulgatae. REISK.

P. 1445. v. 22. βραχέα] ὀλίγα. SCHAEFER.

P. 1445. v. 22. εἶχεν] ἔχειν Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 1445. v. 22. ὑμεῖς] Vulg. ἡμεῖς. ὑμεῖς Bavaricus, Aldina, Paulina, index Lambini. REISK.

P. 1445. v. 25. μὴ] Abest a margine Lutetianae. REISK.

P. 1445. v. 25. φιλαπέχθημον ἦν] [φιλαπεχθήμων εἶ.] Lego φιλαπέχθημον ᾖ, *nisi esset odiosum.* WOLF. Pro ἦν Bavaricus et Aldina habent εἶ. REISK. Bene Wolfius φιλαπέχθημον: secus ᾖ, quod soloecum est. SCHAEFER.

P. 1445. v. 26. τοῦ φενακίζεσθαι] Non potest passive sat exprimi commode. *decipiendi vestri tempus*, id est, *ut vos decipiamini. si quam minimum illis spatium decipiendi vos dederitis.* WOLF.

P. 1445. v. 26. μικρότατον] σμικρότατον Bavaricus. REISK.

P. 1445. v. 27. εἰ μὲν δή—] Novum est Prooemium in Wolfiana. Male. SCHAEFER.

P. 1445. v. 28. ἔμελλον] ἤμελλον Dindorf. SCHAEFER.

P. 1446. v. 2. λόγον ἔχειν] Fortasse λέγειν ἔχειν, τουτέστιν, εἰπεῖν δύνασθαι. Sed et λόγον nihil habet incommodi. WOLF. Post ἔχειν videtur εἰπεῖν deesse. REISK. Mihi non videtur. SCHAEFER.

P. 1446. v. 3. [χρόνος]] S. τοῦ ἀκούειν. Quid si ὁ λόγος? WOLF. Recte, ut arbitror. De confusione nominum λόγος et χρόνος v. Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 97. 195. et Interprett. ad Gregor. Corinth. p. 33. 849. SCHAEFER.

P. 1446. v. 4. καὶ βραχεῖαν—] Novum exordium. WOLF. Vere. Wolfianam novum Prooemium hinc incipientem secuta est Bekkeriana. Ceterum videtur esse perditae Orationis. SCHAEFER.

P. 1446. v. 5. καὶ οὐδὲ τὰ πάντα ἐρῶ] *neque omnia dicam.* Suspecta mihi lectio est, sed nihil habeo melius. WOLF. Legendum καὶ ὧδε τὰ πάντα ἐρῶ. ὧδε, *sic*, h. e. καὶ βραχέως καὶ δικαίως. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69. Hoc, opinor, dicitur: *adeoque ero verborum parcior, quam haec ipsa dicendi brevitas pati videatur.* SCHAEFER.

P. 1446. v. 7. ὑμᾶς—καὶ τὰ—] [ὑμεῖς τρόπον τοὺς ἀκούοντας καὶ—.] Lego ὑμᾶς τρόπον τοὺς ἀκούοντας προσάγηται καὶ—. Omnino enim tale aliquod verbum deest. WOLF. Vulg. ὑμεῖς. ὑμᾶς margo Lutetianae e coniectura Wolfii. Et hoc dedi. Post ἀκούοντας autem videtur δελεάσῃ vel simile quid deesse. REISK. Non deest. Sed delendum καί. SCHAEFER.

P. 1446. v. 8. συγκρύψηται] [συγκρύψητε.] Lego συγκρύψηται. WOLF. Vulg. συγκρύψητε. συγκρύψῃ et συγκρύψηται dat margo Lutetianae, posterius e coniectura Wolfii, quam secutus sum. REISK. Legendum συγκρύψεται. SCHAEFER.

P. 1446. v. 8. πεπεικότος] πεπεικότες Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 1446. v. 10. εἶναι] Omittit margo Lutetianae. REISK.

P. 1446. v. 10. ἐγνωκὼς] Id est ἑαυτὸν πρῶτον πεπεικὼς περὶ ὧν λέγει, ὡς ἀληθῆ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα ὑμῖν λέγει. *bona fide, serio, ex certa persuasione.* REISK. Mira interpretatio. Hoc dicitur: *utro de duobus inter se oppositis probato ad vos verba facturus sit.* Duo autem inter se opposita, de quibus nunc deliberatur, sunt haec: Mytilenaei sint digni quibus iniuriam passis Athenienses opitulentur, necne. SCHAEFER.

P. 1446. v. 12. βούλοισθε] βούλησθε Bavaricus, Aldina, Paulina. REISK. βούλησθε Bekker, sic scripturus vel in omnium librorum silentio. SCHAEFER.

P. 1446. v. 13. ἂν] Malim ἐάν. SCHAEFER.

P. 1446. v. 13. δ'] Abest a Paulina. REISK.

P. 1446. v. 13. ἢ] εἰ Aldina. REISK.

P. 1446. v. 15. κόπτῃ] V. not. ad p. 1439, 18. SCHAEFER.

P. 1446. v. 15. δὲ] Aptius δή. SCHAEFER.

P. 1446. v. 16. Μιτυληναίων] Μυτιληναίων Bekker. SCHAEFER.

P. 1446. v. 17. λαβεῖν,] λαβεῖν· Reisk. Recte λαβεῖν. Bekker. SCHAEFER.

P. 1446. v. 20. Πρῶτον μὲν —] Novum exordium. WOLF.

P. 1446. v. 21. ῥαδίους] Vulg. ῥαδίως. ῥαδίους margo Lutetianae e Paulina et coniectura Wolfii. Et hoc dedi. REISK.

P. 1446. v. 25. μὴ ἐθέλειν ἀκούειν] „id est μὴ ἐθέλειν ἀκούειν τὰς συμβουλὰς [συμβουλίας]." Ind. Graecitat. p. 24. SCHAEFER.

P. 1446. v. 27. τούτων] Recte τοῦτον Bekker. SCHAEFER.

P. 1446. v. 27. τὸ] [τόν.] τὸ. WOLF. Vulg. τόν. τὸ Wolfius, quod idem in Bavarico quoque videbatur esse. Est idem quoque in Lambini indice locum hunc sic exhibente: τί δεῖ πρὸς τὸ φαυλότατον ἐλθεῖν, τὸ βέλτιστον ἐάσαντας, καὶ ἐκ πλείονος. Dedi τὸ in neutro. Bene autem habet hic locus a Lambino minus intellectus. REISK. τὸ φαυλότατον est τὸ ἐθέλειν ἀκούειν. SCHAEFER.

P. 1446. v. 28. πλείονος] χείρονος margo Lutetianae. REISK. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1446. v. 28. χαλεπωτέρου] [χαλεπωτέρους.] χαλεπωτέρως, *difficilius*. WOLF. χαλεπωτέρους Bavaricus et Aldina, unde Wolfius efficit χαλεπωτέρως. REISK. F. ἐκ πλείονος ἢ νῦν καὶ χαλεπωτέρου σώζειν πειρᾶσθαι κινδύνου. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69. Non opus. *pluribus difficilioribusque negotiis expedire.* SCHAEFER.

P. 1447. v. 2. τὸ μὲν οὖν —] Particula οὖν ablata, statuo hic novum exordium. WOLF. Fallitur. SCHAEFER.

P. 1447. v. 6. αἴτιοι τῶν] [τῶν αἴτιοι τῶν.] Prius τῶν delendum. WOLF. Post μὲν vitiose dat nescio quae vetustior editio τῶν, quod delendum vult Wolfius. REISK.

P. 1447. v. 10. μὲν] Reiskius de suo addidit. Expunxit Bekker. SCHAEFER.

P. 1447. v. 12. συνέβη,] συνέβη· Reisk. συνέβη. Bekker. SCHAEFER.

P. 1447. v. 12. συμβουλεύσων] συμβουλεύων Aldina. REISK.

P. 1447. v. 15. εὑρεθήσεσθαι] εὑρήσεσθαι Aldina. REISK.

P. 1447. v. 18. ἐκπεπληγμένως] Vulg. ἐκπεπληγμένους. Dedi de meo ἐκπεπληγμένως adverbialiter. REISK.

P. 1447. v. 20. συμφέρει] συμφέρειν Bavaricus. Forte vo-

luit συμφέρον darc. REISK. Bekkerus: „συμφέρον S. Y. Q. O.“ Satis placet. SCHAEFER.

P. 1447. v. 20. τὸ δὲ ταῦτ' —] [τὸ δὲ ταῦτ' ἐπανορθοῦν αὐτοὺς, ἡγεῖσθαι προσῆκον τῆς —.] αὐτοὺς ἐπανορθοῦν, id est, ἵν' αὐτοὶ ἐπανορθῶτε. vel τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, αὐτοῖς ἡγεῖσθαι προσῆκον τῆς etc., deleto v. 22. καὶ ante τῆς ὑμετέρας —. WOLF. Vulg. τὸ δὲ ταῦτ' ἐπανορθοῦν αὐτοὺς ἡγεῖσθαι προσῆκον, καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης ἄξιον ἂν φανείη. προσήκειν index Lambini. Dedi de meo: — αὐτοῖς ἡγεῖσθαι προσῆκον καὶ συμφέρον ἅμα καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης ἄξιον ἂν ὂν φανείη. REISK. τὸ δὲ ταῦτ' ἐπανορθοῦν αὐτοὺς ἡγεῖσθαι προσῆκον καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης ἄξιον ἂν φανείη Bekker. Ubi si post ἐπανορθοῦν inseras ἂν, non intelligo quid praeterea requiri posse videatur. SCHAEFER.

P. 1447. v. 22. χρὴ — φήσαιτ' ἂν] χρὴ δὲ τοὺς ὄντας, οἷοι φήσαιτ' ἄν. WOLF.

P. 1447. v. 22. τοὺς ὄντας] Subaudi τοιούτους. REISK.

P. 1447. v. 23. οἷοι] οἷον margo Lutetianae. SCHAEFER.

P. 1447. v. 27. καί τι δαιμόνιον —] [καίτοι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο ὥσπερ πέπρακται.] Sic lege et distingue: καί τι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο· ὥσπερ etc. *et hoc fato quodam institerat.* Quanquam pro ἀπέκειτο etiam ἐπέκειτο, *urgebat*, legi potest. WOLF. Vulg. καίτοι. καί τι Paulina, probante Wolfio. Et sic correxi. Deinde pro ἀπέκειτο dedi de meo ἀπένειμεν. REISK. Recte ἀπέκειτο Bekker. *divinitusque hoc destinatum erat.* SCHAEFER.

P. 1448. v. 1. κοινὰς ἀμφοτέροις τὰς παρουσίας]. V. Ind. Graecitat. p. 390. in. SCHAEFER.

P. 1448. v. 2. ποιεῖται] Recte ποιεῖ τὰς Bekker. SCHAEFER.

P. 1448. v. 3. τοὺς κεκρατηκότας] *eos qui vos vicerunt.* SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69.

P. 1448. v. 3. βουληθέντων] Corrigendum f. βουλευθέντων. SEAGER. *l. c.* Ne audias. SCHAEFER.

P. 1448. v. 8. κἂν] [ἐάν.] κἂν legendum. *etiam hoc a vobis fuerit*, id est, *profuerit vobis.* WOLF. Vulg. ἐάν. Omittit margo Lutetianae. Dedi κἂν e Wolfii coniectura. REISK.

P. 1448. v. 10. πόλεως] Scilicet συμμαχίδος. SCHAEFER.

P. 1448. v. 11. ὑπὲρ] Deest Bavarico. REISK. Bekkerus: „om. v.“ Omissum non requiram. SCHAEFER.

P. 1448. v. 13. αὐτοὺς] [τοὺς.] ἑαυτοὺς lege. WOLF.

P. 1448. v. 17. βουλευόμενοι] [ἐβουλευόμενοι.] βουλευόμενοι aut certe βεβουλευμένοι. WOLF. Sic legi vult Wolfius pro vitioso ἐβουλευόμενοι nescio cuius editionis. REISK.

P. 1448. v. 17. πραγμάτων ἀπ' αὐτῶν ἐστι] [πραγμάτων, ἁπάντων ἐστί.] Lego πραγμάτων ἁπάντων, ἐστί. *Atque harum rerum omnium caput sunt duces: quorum plerique ex his, qui classe hinc solvunt*, etc. WOLF. Pro ἁπάντων dedi de meo ἀπ' αὐτῶν. REISK. Recte ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 1448. v. 20. ὧν οἱ πλεῖστοι—] Scholiastes Lutetianae: ὧν, στρατηγῶν, τῶν ἐκπλεόντων παρ' ὑμῶν. SCHAEFER.

P. 1448. v. 23. τούτους] Per pleonasmum accedit. WOLF. Idem Scholiastes: τούτους, δηλαδὴ τοὺς ἡμετέρους [l. ὑμετέρους] φίλους. ἴσως παρέλκει τὸ τούτους. Apparet haec Scholia Lambini esse saepius pendentis a Wolfio. Adverte autem hoc τούτους, quod ita πλεονάζει, ut sua vi non careat, loco positum secundo, cum consuetudo poscat initio poni: τούτους θεραπεύειν—. SCHAEFER.

P. 1448. v. 24. αὐτῶν] Malim αὐτοῦ, quanquam propter nomen ἕκαστος etiam αὐτῶν legi potest. WOLF. αὐτοῦ margo Lutetianae e Wolfii coniectura. REISK. αὐτῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 1448. v. 25. ἐχθροτέρους] Sequitur μᾶλλον ἐχθρούς. Tolerari potest haec lectio. *Neque enim inimiciores, neque quos vobis magis inimicos esse necesse sit, invenietis.* Ut haec sit sententia: *Et inimici sunt vobis, et necessario sunt inimici.* S. οἱ στρατηγοί. Sic et Philippum necessario Atheniensibus inimicum esse alibi dicit. Si igitur ipsi duces inimici sunt, eorum assentatores amici qui sunt habendi? Sed pro ἐχθροτέρους fieri potest ut aliud nomen scriptum a Demosthene fuerit. WOLF. Cave cum Wolfio haec interpreteris de ipsis ducibus: intelligendi sunt enim parasiti ducum. Nec rectius ille ἐχθροτέρους et μᾶλλον ἐχθροὺς comparavit. V. not. sequ.— ἐχθρότερος forma minus attica ideoque Atticis rarius usurpata. V. Moeris p. 135. Antiatticista Anecd. Bekk. p. 92, 24. Ἐχθροτέρως: ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον. Θουκυδίδης. SCHAEFER.

P. 1448. v. 26. ἀναγκαιοτέρους] Vulg. ἀναγκαίως. ἀναγκαιοτέρους Bavaricus. Et hoc dedi. REISK. ἀναγκαίους Bekker. Recte. Atque huic voci iungendum quod sequitur μᾶλλον. SCHAEFER.

P. 1448. v. 28. πλέον] Recte πλεόνων Bekker. SCHAEFER.

P. 1448. v. 28. ὄφλειν] ὀφλεῖν Dindorf. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1448. v. 28. [δοῦναι]] Uncis inclusi. REISK. Uncos sic censeo tollendos, ut ὄφλειν mutetur in ὀφείλειν. δίκην ὀφείλων δοῦναι p. 1470, 20. SCHAEFER.

P. 1449. v. 3. συμβουλεύσω] συμβουλεύω Bavaricus. REISK.

P. 1449. v. 5. οὕτως] Abest a Paulina. REISK.

P. 1449. v. 6. μὴ χαλεπῶς φέρειν] Absunt a Paulina. REISK.

P. 1449. v. 10. ταὐτὰ] [ταῦτα.] Lego ταὐτά. WOLF. Vulg. ταῦτα. ταὐτὰ margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1449. v. 10. πείσεσθε] Hic finitur periodi πρότασις. WOLF. πείσησθε Wolfiana: barbare. SCHAEFER.

P. 1449. v. 11. περὶ τῶν νῦν γεγενημένων] [νῦν γεγενημένων.] Lego ὑπὲρ τῶν νῦν vel νῦν ὑπὲρ τῶν. WOLF. Vulg. νῦν γεγενημένων. Post Ἀθηναῖοι addit margo Bavarici περὶ τῶν cum γρ. Et hoc dedi. REISK. περὶ τῶν delevit Bekker. Idem: „περὶ τῶν νῦν γεγενημένων γρ. F. Q." Ego Reiskium sequar. SCHAEFER.

P. 1449. v. 13. μηδένα] Cohaeret cum τῶν συμβουλευόντων. REISK.

P. 1449. v. 16. θεός τις] Vulg. θεός. Addit margo Bavarici τὶς cum γϱ. Addidi. REISK. Expunxit Bekker. Idem: „θεός τις Y. O. v. et γϱ. F. Q." Ego non expungam. SCHAEFER.

P. 1449. v. 17. τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν] τοῦ λυπεῖσθαι ἡμᾶς τοῖς γεγενημένοις. Quaedam huc translata sunt e prima Olynthiaca et oratione Chersonesitana. WOLF. Immo τοῦ κακῶς ἔχειν τὰ πράγματα. SCHAEFER.

P. 1449. v. 17. ἐκεῖθεν — ἐκ τοῦ —] V. not. ad p. 116, 28. SCHAEFER.

P. 1449. v. 20. ἐνταυθοῖ] ἐνταυθὶ Dindorf. SCHAEFER.

P. 1449. v. 21. ὑπ' ἄλλου — τῇ πόλει] Verba more oratorum paulo durius traiecta in constructione sic sunt ordinanda, ac si sic starent: ὑπ' ἄλλου τινὸς ἐλέγχου — μετὰ τοῦ τῇ πόλει λυσιτελοῦντος. REISK. Non est traiectio: verbaque Wolfius latine vertit optime. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1449. v. 22. μετὰ τοῦ — τῇ πόλει] V. not. ad p. 1347, 21. SCHAEFER.

P. 1449. v. 23. ὑμᾶς] ἡμᾶς Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 1449. v. 25. ἕκαστα] *singula quaeque seorsum.* Opponitur πάντα v. 27. SCHAEFER.

P. 1449. v. 27. ὑμετέρας] ἡμετέρας Paulina. REISK.

P. 1449. v. 28. τοὺς ἐχθροὺς ἀνέχει] *nobis desertis inimicos evehit.* WOLF. Fallitur. Tu audi Ind. Graecitat. p. 45. in. V. H. Stephani Thes. c. 3950. C. 3952. A. SCHAEFER.

P. 1450. v. 1. ἅμα — κρίνετε] Est *interea dum iudicatis.* REISK.

P. 1450. v. 1. τοὺς ἐφεστῶτας] Interserit Bavaricus τ'. REISK. Bekkerus: „τούς τ' ἐφεστῶτας F. Q. O. v." Vellem hoc darent ordine verborum: ὅπως μὴ ἅμα τε τοὺς ἐφεστῶτας —. V. mea in H. Stephani Thes. c. 1905. D. SCHAEFER.

P. 1450. v. 2. ἑκάστοις] Vulg. ἑκάστους. ἑκάστοις Bavaricus, Paulina. Et hoc dedi. REISK.

P. 1450. v. 2. κρίνετε] κρινεῖτε index Lambini. REISK. κρίνητε Bekker. κρινεῖτε mihi quoque dudum in mentem venit: idque etiamnunc verum puto. SCHAEFER.

P. 1450. v. 3. ἄνευ μεγάλου τινὸς] S. κακοῦ. *Fieri nequit, ut haec sine magno malo consistant*, id est, *Profecto in magnum aliquod malum erumpent.* Sententia eadem exstat 4. Philipp. WOLF. Exstat p. 141, 3. s., ad q. l. obiter monui post τινὸς videri excidisse κακοῦ. Scilicit μέγα τι sic simpliciter usurpatum nusquam non, quod meminerim, bono sensu dicitur. V.

P. 1438. v. 5. πρὸς ἃς — πεπονθέναι] *quibus sine ratione vulgus nonnihil esse affectum* vel *motum*. ἐν πάθει γεγονέναι. WOLF. De phrasi πάσχειν τι v. not. ad p. 402, 10. SCHAEFER.

P. 1438. v. 7. μὴ] [μοι.] Lege μή. WOLF.

P. 1438. v. 8. ἡγῶμαι] ἡγοῦμαι Paulina. REISK.

P. 1438. v. 11. δεῖ — ποιεῖν] Affectus rationi obedientes praebendi. Et Cato:

Pauca voluptati debentur, plura saluti.

WOLF.

P. 1438. v. 12. κρείττω] Vulg. κρείττων. κρείττω Paulina, index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1438. v. 13. ἑώρων] Malim ἑώρων ἄν. SCHAEFER.

P. 1438. v. 13. ἐν ἡδονῇ — ὄνθ'] ἡδέα εἶναι, *esse voluptati*. WOLF.

P. 1438. v. 16. ἀπεχθήσεσθαι] ἀπεχθήσεσθε Aldina. REISK.

P. 1438. v. 17. δοκιμάζοντες] τῷ δοκιμάζειν. *non inopia iudicii, sed pravitate ingenii*. WOLF. *non quod iudicio erraveritis*. SCHAEFER.

P. 1438. v. 20. πονηρὰ ἐπιθυμεῖν] πονηρῶν ἐπιθυμεῖν index Lambini. REISK. Coniectura est Lambini perperam continuantis πράττειν τοιαῦτα —. SCHAEFER.

P. 1438. v. 21. ἐὰν] Malim ἄν. SCHAEFER.

P. 1438. v. 21. καὶ μεταπεισθείητε] Lege καὶ μεταπεισθείητε. WOLF. Sic etiam in Aldina est: et sic corrigit Wolfius. Quomodo ergo fuit in illis, quibus Wolfius est usus? REISK. κἂν μεταπεισθείητε e duobus Codd. Bekker. Quomodo corrigendum esse dudum videram. Polybius II. 58. 9. τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἄν. In Euripidis Iphig. Taur. 1025. Seidl. scribendum:

τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἂν πάντα συμβαίη καλῶς.

Vir egregius: „At ipsum ἴσως locum tenet particulae ἄν. Sic Aeschyl. Agam. 1057.

πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι' · ἀπειθοίης δ' ἴσως."

Sed in Aeschyli loco obtinet ellipsis syntactica: quippe ἂν referendum est etiam ad ἀπειθοίης. *) Certius exemplum peti videatur ex eiusdem Tragici Suppl. 708. Wellſ.

ἴσως γὰρ ἢ κῆρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι.

---

*) Compara Sophoclis Oed. T. 929. s. Erf.:

— — — τὸ δ' ἔπος οὑξερῶ τάχ' ἂν
ἥδοιο μέν· πῶς δ' οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

ut scribendum. Hermanni enim rationem τάχα revocantis fortasse alii capiunt: ego non capio. SCHAEFER.

P. 1451. v. 6. *οὔτε — παθεῖν*] *οὔτε ὀλιγωροῦσιν οὕτως ἀπροσδόκητον, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ παθεῖν. ut caventibus nihil accidit. ita grave atque formidolosum, ut ei non iam dudum ante obviam ierint et praestruxerint, ita rursus socordibus nihil accidit ex improviso quamvis leve, unde non damnum, saltim aliquod, sentiant.* REISK. Initio huius annotationis videtur deesse *F.* (h. e. *Fortasse*): ut haec Reiskii locum pro corrupto habentis coniectura sit. Sed nihil hîc excidit. *οὐδὲν ὀλιγωροῦσιν ἀπροσδόκητον παθεῖν, socordes nihil non mali exspectare oportet, socordibus nihil non mali imminet.* SCHAEFER.

P. 1451. v. 7. *τηνάλλως*] *τὴν ἄλλως* Bekker. SCHAEFER.

P. 1451. v. 7. *δεδίττωμαι*] *δεδίττομαι* Aldina, Paulina. REISK.

P. 1451. v. 8. *προνοήσησθε*] Recte *προνοήσεσθε* Bekker. SCHAEFER.

P. 1451. v. 10. *καταφρονῆτε*] *καταφρονεῖτε* Paulina. REISK.

P. 1451. v. 12. *σωφρονεῖν*] F. *φρονεῖν*. REISK. Ne audias. V. v. 1. 3. SCHAEFER.

P. 1451. v. 15. *χαρίζεσθαι*] *πρὸς χάριν λέγειν*. SCHAEFER.

P. 1451. v. 17. *ἐνεγκὸν*] *ἐνεγκόντα* Bavaricus, Aldina. REISK.

P. 1451. v. 17. *εἰ μὲν οὖν —*] Deleam *οὖν*: ut hoc novum sit Prooemium. SCHAEFER.

P. 1451. v. 18. *ἐγινώσκετε*] *ἐγιγνώσκετε* Bekker. SCHAEFER.

P. 1451. v. 18. *ταὐτὰ*] [*ταῦτα.*] Lego *ταὐτά*. *Si in eadem sententia essetis omnes.* WOLF. Vulg. *ταῦτα*. *ταὐτὰ* margo Lutetianae e coniectura Wolfii. Et hoc dedi. REISK.

P. 1451. v. 18. *οὔτ', ἂν ἐμοὶ —, οὔτ', ἂν ἦν τοὐναντίον*] [*ὅταν ᾖ τοὐναντίον.*] *τὸ ὅταν ᾖ τοὐναντίον, cum contrarium fuerit* vel *si contra res sese haberet*, quo referendum sit quidve sibi velit, nescio. Totus hic locus, confusione interpunctionum obscuratus, sic distinguendus videtur; *εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ἐγινώσκετε ταὐτά, οὔτ' ἂν* (pro *ἐὰν*) *ἐμοὶ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτε προαιρεῖσθαι, οὐκ* (pro *οὔτ'*) *ἂν παρῆλθον, περίεργον ἡγούμενος τοῖς ἀφ' αὐτῶν, ἃ χρὴ, ποιοῦσι λέγειν, οὔθ' ὅταν ἦν τοὐναντίον*, id est, *κἂν μὴ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτέ μοι προαιρεῖσθαι*, vel addenda negatio, *οὔτ' ὅταν μὴ*, s. *τὰ δέοντα προαιρεῖσθαι.* Hanc lectionem retinebo tantisper, dum melior offeretur. Nec etiam ita sum (cognita praesertim librariorum incuria et imperitia, saepe etiam temeritate ac petulantia) religiosus, (quanquam licentiam interpretum minime probo,) quin audendum potius aliquid existimem, (admonito lectore tamen inprimis,) quam ea vertere, quae perversa esse omnibus appareat, quaeque a nemine intelligi possint. WOLF. Vulg. *οὔτ' ἂν ἐμοὶ τὰ δέοντα ἐδοκεῖτε προαιρεῖσθαι, οὔτ' ἂν παρῆλθον, περίεργον — λέγειν, ὅταν ᾖ τοὐναντίον. οὔτ' ἂν*

post προαιρεῖσθαι delevi meo arbitratu interturbans sententiam. Correctio est pravi ὅταν in v. 21., ubi item de meo dedi οὔτ', ἂν ἦν, id est, οὔτε παρῆλθον, ἂν (id est ἐὰν) ἦν τοὐναντίον. *neque prodissem ad dicendum, si contrarium esset*, h. e. si omnes eadem quidem, sed prava et noxia sciseretis. ἦν imperfectum hic requirebatur. REISK. Parisinae scripturam revocavit Bekker. Orator quid voluerit, bene vidit Reiskius: sed locum ita refinxit, ut soloecismis illi aetati condonandis inficeret. Mihi sic refingendus videtur: οὔτ' ἄν, εἴ μοι — προαιρεῖσθαι, παρῆλθον περίεργον — λέγειν, οὔτ' ἄν, εἰ τοὐναντίον. εἰ τοὐναντίον i. q. εἰ μὴ ἐδοκεῖτε. Quod si quis malit εἰ ἦν τοὐναντίον, per me licet sic scribat. SCHAEFER.

P. 1451. v. 21. ποιοῦσι] μὴ ποιοῦσιν margo Lutetianae. REISK. Idem margo statim dat: ὅταν ᾖ, τοὐναντίον. SCHAEFER.

P. 1451. v. 22. ἡγησάμην] ἡγησαίμην margo Lutetianae. REISK. Minus recte. SCHAEFER.

P. 1451. v. 22. ὄντα] ὄντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 1451. v. 25. ἄλλους] Vulg. ἄλλοις. Dedi ἄλλους. REISK. Recte ἄλλοις Bekker. Non vidit Reiskius, ἄλλους si verum esset, sic scribi oportuisse: — τινὰς μὲν ὑμῶν ταὐτὰ γιγνώσκοντας ἐμοί, ἄλλους δὲ τἀναντία. SCHAEFER.

P. 1451. v. 25. μετὰ τούτων] S. τῶν ταὐτὰ ἐμοὶ γιγνωσκόντων *cum his, qui mecum faciunt.* WOLF. τούτων redit ad remotius. *cum illis, qui mecum consentiunt.* REISK. Remotius dicit ob propius ἄλλους, quod dare non debebat. SCHAEFER.

P. 1451. v. 25. τοὺς ἑτέρους] diversum sentientes. WOLF.

P. 1451. v. 26. ἐθέλειν] Malim θέλειν. SCHAEFER.

P. 1451. v. 27. ποιήσετε] ποιήσητε Aldina. REISK.

P. 1451. v. 27. τοῦθ'] τὸ ἀκούειν σιωπῇ. SCHAEFER.

P. 1451. v. 28. δοκῶμεν] [δοκῶ μὲν.] Legendum uno verbo δοκῶμεν. Scilicet ἐγώ τε καὶ οἱ ἐμοὶ σύμψηφοι. WOLF. δοκῶ μὲν est in Aldina et Felicianea. Malim ἄν τι δοκῶ ὑμῖν λέγειν. REISK. Verum δοκῶμεν. Est i. q. δοκῶ: nam Wolfius alios etiam idem probantes intelligens fallitur. Sic mox sequitur οἰόμεθ' ἡμεῖς, h. e. οἴομαι ἐγώ. SCHAEFER.

P. 1452. v. 1. ἔσεσθε —] Post ἔσεσθε πεπεισμένοι colon ponendum. et: ἂν ἐφ' οἷς τι. Nisi malis ἂν γὰρ ἐφ' οἷς novam ordiri periodum. Alioqui legendum v. 3. φανῇ· καὶ μετ' ἐλέγχου —. Est autem μετ' ἐλέγχου δεδογμένον *consilium non fortuitum ac temerarium, sed nixum suis rationibus et munitum.* Sic apud Isocratem in Panathenaico τὰ μὴ μετ' ἐλέγχου εἰρημένα sunt *verba temere fusa, nullis fulta probationibus.* WOLF. Vulg. ἂν γὰρ ἐπὶ οἷς τὶ διαμαρτάνειν —. ἐπὶ abest a Bavarico, Aldina, Felicianea, Paulina. ἐπὶ delevi. οἷς idem est atque ταῦτα, δι' ἃ vel

ἐφ' οἷς. *Si causae vel argumenta, momenta, quibus ducti censemus vos labi, nulliùs esse ponderis arguantur.* REISK. Immo iungenda οἷς τι διαμαρτάνειν. *quibus rebus (quae facientes) delinquere aliquid.* SCHAEFER.

P. 1452. v. 3. μετ' ἐλέγχου] Referendum ad ἔσεσθ' ᾑρημένοι. Perperam Wolfius ad v. 1. SCHAEFER.

P. 1452. v. 4. νῦν ὑμεῖς] Bekkerus: „ὑμῖν γρ. Q." Placet. SCHAEFER.

P. 1452. v. 6. ὁ δεῖνα] V. not. ad p. 1443, 11. SCHAEFER.

P. 1452. v. 6. ἐπὶ] περὶ margo Lutetianae. REISK.

P. 1452. v. 8. ὑμῖν τε—γενέσθαι] M. ὑμῖν τε ἀγαθὰ βουλοίμην ἂν γενέσθαι. WOLF. ἂν delendum. SCHAEFER.

P. 1452. v. 10. μὴ κεχωρισμένον ᾖ—] *ne separatum sit*, id est, *ne non simul et salutaria dici et iucunda possint.* λόγον εἰπεῖν εὖ est *diserta oratio*, quae vulgo tum maxime probatur, cum assentatur. Separat igitur hic Demosthenes eloquentiam a sapientia: et quidem, si vera fateri volumus, nihil prohibet, quo minus etiam falsa et perniciosa ita fucentur, ut hominibus inertibus et imperitis, non audientibus modo, sed ipsis etiam dicentibus, sane quam egregia videantur. Stultis enim et improbis non minus suppetunt suae rationes commentitiae atque falsae, quam sapientibus et bonis viris verae atque firmae. Nam et Cicerone auctore 2. de Divinatione *paucis est bona ratio, mala plurimis.* WOLF. Verte: *ne aliud sit probabiliter dicere, aliud consilia inire salutaria.* V. not. ad Poët. Gnom. p. 9. SCHAEFER.

P. 1452. v. 13. πρεσβύτατοι] Bekkerus: „πρεσβύτεροι O." Non displicet. SCHAEFER.

P. 1452. v. 15. τῶν γὰρ εἰθισμένων—] S. λέγειν. *eorum id munus est, qui usu dicendi exercitati sunt.* WOLF.

P. 1452. v. 17. τοῦτ'] τοῦτον margo Lutetianae. REISK.

P. 1452. v. 17. τοῦτ' ἐμποιοῦσι] S. τὸ νοῦν ἔχειν. *prudentiam parit experientia et multa vidisse.* pro quo ego posui *multarumque rerum usus*, quod sententiae per hanc libertatem nihil decedat et oratio sit latinior. WOLF.

P. 1452. v. 17. ἐμποιοῦσι] ἐμποιοῦσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 1452. v. 18. φανῆτε] Vulg. φανεῖτε. φανῆτε margo Lutetianae. Et sic correxi. REISK.

P. 1452. v. 18. ἐν τῷ παρόντι νῦν] Videtur pleonasmus. WOLF. Si voluit deletum νῦν, erravit. SCHAEFER.

P. 1452. v. 18. αἱ—ἀνδρίαι καὶ θρασύτητες] Adverte usum pluralis. SCHAEFER.

P. 1452. v. 22. αὐτίκα γὰρ—] *Nam, ut hoc utar,* —. SCHAEFER.

P. 1452. v. 23. ὡς καλὸν τὸ ῥῆμα] *ut speciosa vox sit* SCHAEFER.

P. 1452. v. 23. δὴ], Malim δέ. SCHAEFER.

P. 1452. v. 26. τοῦ ῥήματος τούτου] S. τοῦ μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀδικοῦσιν. WOLF.

P. 1452. v. 26. τούτου] τοῦτο Paulina. REISK.

P. 1452. v. 28. οὐ γὰρ ἴσος πόνος —] Scholiastes Lutetianae: Τὸ Ἡσιόδειον βλέπει· Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, καὶ τὰ λοιπά. De hoc usu nominis ἱδρὼς v. Iulianea et Wyttenbachii p. 174. et mea p. X. SCHAEFER.

P. 1452. v. 28. πρό τε τοῦ λέγειν —] *ante orationem et ante rerum administrationem*, id est, *orationes et res ipsae non pari labore constant.* WOLF.

P. 1453. v. 2. καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην] Subaudi εἰ ἡγοίμην. SCHAEFER.

P. 1453. v. 3. νῦν] νυνὶ Bavaricus. REISK.

P. 1453. v. 3. ἐπειδὴ — διαγωνίζεσθαι] *quoniam, cum id factum oportuit, proelium committere neglexistis.* τέως exponit Hesychius ἕως, *donec*, μέχρι, *usque*, πρὸς τὸ παρὸν, *in praesentia* vel *hactenus*, ὅμως, *tamen*, τότε καὶ τηνικαῦτα, *tunc*, ἐν τοιούτῳ, *tali statu rerum* vel *tali tempore, interea*, πρότερον, *prius*. WOLF.

P. 1453. v. 7. Ὅσην μὲν] Novum hoc exordium est. WOLF.

P. 1453. v. 8. ἑωράκατε] Dictum ἀκύρως. Debebat ἀκηκόατε. Nec tamen propterea putandum verba sensuum a Graecis scriptoribus haberi promiscua. Quod futile priorum temporum commentum nuper explosi ad Musaeum Schraderi p. 5. SCHAEFER.

P. 1453. v. 8. πλὴν γὰρ οὐκ ἔχω —] *excepto enim uno nescio quo caetera vobis omnia accepta referre studuerunt: praeter enim* (scilicet *unum quiddam*) *non habeo quod dicam* (id est *nescio quid*) *caetera* etc. Est graeca brevitas. WOLF. *excepto enim — nescio profecto quid dicam excipi. for except, I know not what,* —. SEAGER. *Diar. Classic.* LXI. p. 69. Vernacule: *denn ausgenommen ich weiss nicht was* —. Legentis intelligentiam nonnihil adiuvet lineola post γὰρ posita, signum abruptae constructionis. SCHAEFER.

P. 1453. v. 10. ἀναθεῖναι] *imputare.* SCHAEFER.

P. 1453. v. 10. πεπείρανται] Usus hoc rarioris. SCHAEFER.

P. 1453. v. 11. γε] τε Bavaricus, Paulina. REISK. Bekkerus: „γε om. Y. O." Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 1453. v. 11. εἴχετε] [ἔχετε.] εἴχετε legendum. WOLF. Vulg. ἔχετε. εἴχετε Bavaricus, Paulina. Idem dat index Lambini. Et sic correxi. REISK.

P. 1453. v. 13. παραβαίνοντες] Malim ὑπερβαίνοντες, *prae-*

tereuntes. Nam illud de violatione foederum legumque saepius usurpatur. WOLF. Vulgata non mutanda. SCHAEFER.

P. 1453. v. 18. εἰ] οἱ Bavaricus, Aldina. REISK. οἳ satis placeret. SCHAEFER.

P. 1453. v. 21. καλοκἀγαθίας] καλοκαγαθίας Reisk. καλὸ-καγαθίας Bekker. SCHAEFER.

P. 1453. v. 21. καλοκἀγαθίας ἂν — ἀμφισβητοῖεν] *de honestatis laude contendant.* SCHAEFER.

P. 1453. v. 21. ἔστι μὲν οὖν —] Wolfiana, deleto οὖν, novum hinc orditur Prooemium. Male. Lutetianae Scholiastes (Lambinus): "Εστι μὲν οὖν χαλεπὸν] "Εν τισιν ἀντιγράφοις τετυπωμένοις τὰ ἑπόμενα κεχώρισται τῶν προηγουμένων, οὐκ ὀρθῶς. μέρος γάρ ἐστι τοῦ προοιμίου, "Οσην μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθην. SCHAEFER.

P. 1453. v. 23. οὐδένας] Bekkerus: „οὐδένας ἂν margo Y. Q." Probo. SCHAEFER.

P. 1453. v. 25. οὕτως] Post h. v. deesse videtur ἐλαφρῶς aut κούφως aut ἀνεξικάκως aut tale quid. REISK. Acrius quid multoque magis sarcasticum Orator scripsit. Scilicet Bekkerus: „οἴμαι] ἡδέως οἴομαι margo Q." Quod quis aspernetur? SCHAEFER.

P. 1453. v. 25. τὰ προσόντα αὐτοῖς] [τὰ μὴ προσόντα αὐτοῖς.] Malim τὰ προσόντα αὐτοῖς. *Alii, dum admonentur, vera sua probra tam aequis animis non accipiunt, quam vos ea, quae falso in vos congeruntur.* Hanc lectionem in vertendo sum secutus. Quae si displicet, τὰ μὴ προσόντα exponas licet *aliena delicta, quae inter admonendum exempli gratia proponantur.* Sed φάρμακον hoc σοφώτερον ἢ ἀληθέστερον εἶναι mihi videtur. WOLF. Vulg. τὰ μὴ προσόντα αὐτοῖς. Particula infitians abest a Bavarico, Aldina, Paulina. Deleri quoque vult Wolfius. Est tamen in margine Bavarici cum γρ. Delevi. *dedecora ab obiurgantibus admonitionis ergo obiecta,* *c u m i p s i s i n s u n t*, *ita ferre aequo animo audientes.* REISK.

P. 1453. v. 26. προσόντα] Vulg. προσήκοντα. προσόντα Bavaricus, margo Lutetianae e Paulina. Et hoc dedi. REISK.

P. 1453. v. 26. κακῶς ἀκούοντες] Opponitur antecedenti νουθετουμένους. SCHAEFER.

P. 1453. v. 26. ἀκούοντες] ἀκούετε Paulina. Eandem lectionem refert index quoque Lambini et praeterea hanc; γρ. ἀκούοντας. REISK.

P. 1453. v. 28. δεινότατοι — ἀκούειν] *facillime audire*, id est, *minime aegre ferre, aequissimis animis accipere.* δεινότατοί ἐστε pro μάλιστα δύνασθε καὶ εἴθισθε. Sed plura de hoc verbo in Paraenesi Isocratis diximus. WOLF.

P. 1454. v. 2. ἀκούεων] ἀκούειν, Bekker. SCHAEFER.

P. 1454. v. 2. τοῦτ' ἂν εἴη] S. δίκην διδόναι. *facilitatis no-*

strae supplicium id fuerit, audire probra nostrae civitatis. WOLF.

P. 1454. v. 3. εἴ τι δίκαιον] *si quid aequum sit*, id est, *ea, quae aequa sint.* WOLF. ὅ τι index Lambini. REISK. Bekkerus: „εἴ τι] ἃ ἐστι γϱ. Υ. Q.“ Non displicet: ut subaudiatur εἰπεῖν. SCHAEFER.

P. 1454. v. 7. βουλοίμην δ' ἂν —] Haec periodus non male cum superioribus cohaeret. ‹Sed cum sequentia nihil ad rem facere videantur, omissa particula δ' novum exordium statuo. WOLF. Atque omisit, ut novum Prooemium ordiretur. Perperam. SCHAEFER.

P. 1454. v. 8. τῷ πϱοσῆχθαι — φιλογεικεῖν] [τῷ πϱοσῆχθαι τοὺς λόγους ἐπαινέσαι τούτων φιλονεικεῖν.] Lego τῷ πϱοῆχθαι τοὺς λόγους ἐπαινέσαι, πεϱὶ τούτων φιλονεικεῖν. *Vellem vos non propterea, quod impulsi estis ad orationes laudandas, de eis inter vos litigare:* scilicet, qui orator omnium optime disseruerit. Sed et illa retineri lectio potest: τοὺς λόγους ἐπαινέσαι τούτων, φιλονεικεῖν. ut τοὺς λόγους τούτων, s. τῶν εἰπόντων, coniungantur, verbo φιλονεικεῖν absolute posito. Notatur vulgi stultitia verba magis in audiendis consiliis quam rem ipsam intuentis: id quod etiam Solon hoc disticho Atheniensibus exprobrat:

Εἰς γὰϱ γλῶσσαν ὁϱᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἴολον ἀνδϱός,
Εἰς ἔϱγον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Callida verba viri linguaeque volubile plectrum
Respicitis, sed res vos minus ipsa movet.

WOLF. πϱοσῆχθαι si bene habet, idem est atque εἰθίσθαι, πϱοδεδιδάχθαι, *perductos, pellectos, doctos et assuefactos vos esse.* Sed tum τῷ proximum, quod nunc ante hoc verbum legitur, pone illud erit locandum, ut cohaereat cum φιλονεικεῖν. φιλονεικεῖν ἐπαινέσαι est idem atque φιλονεικία ἐν τῷ (vel πεϱὶ τὸ) ἐπαινεῖν, *certare in laudando.* Meliusne sic legatur? καὶ μὴ πϱοεισῆχθαι τὸ τοὺς λόγους — φιλονεικεῖν. ubi ille articulus τὸ cohaerebit cum φιλονεικεῖν. *neque prius inductum, invectum esse in concionem morem certandi in laudando.* REISK. Bekkerus: „τῷ πϱοῆχθαι S. τὸ πϱοῆχθαι Q.“ Verum puto τῷ πϱοῆχθαι. V. not. ad p. 1441, 27. Recte autem Reiskius iunxit ἐπαινέσαι φιλονεικεῖν. SCHAEFER.

P. 1454. v. 10. τοὺς τούτων] Vulg. τούτων. τοὺς τούτων Bavaricus. Et hoc dedi. REISK.

P. 1454. v. 11. ἀλλὰ τῶν —] Plene: ἀλλὰ κακίαν τῶν —. SCHAEFER.

P. 1454. v. 12. ἐξαπατήσωσιν] Malim ἐξαπατήσουσιν. SCHAEFER.

P. 1454. v. 16. κατὰ ταὐτὸ] [κατ' αὐτὸ.] F. κατὰ ταὐτὸ, *eodem modo.* Similis sententia est Isocratis in Oratione de Pace, ubi

ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων nihil aliud est, quam μὴ κατὰ ταὐτὸ κεκρίσθαι παρὰ πᾶσι τὸ βέλτιστον. κατ' αὐτὸ, *per se*, ἀντὶ τοῦ καθ' αὐτό. WOLF. Vulg. κατ' αὐτὸ. Dedi, quod Wolfius mavult, κατὰ ταὐτὸ. REISK.

P. 1454. v. 18. τοὺς — συμφέρειν] [τοὺς ὑπειληφότας συμφέρειν.] S. λέγειν. *esse operae pretium, ut sententiae dicantur.* WOLF. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 1454. v. 18. ταὐτὰ] Vulg. ταῦτα. Pronomen abest ab Aldina. Dedi ταὐτά. Subaudi ἐμοί. *qui eadem mecum sciscunt.* REISK. Praeferò ταῦτα. Scilicet *ea, de quibus nunc deliberamus.* SCHAEFER.

P. 1454. v. 22. σιωπῶσι] *tacentibus.* Opp. μὴ θέλουσι — ἀκούειν, *vociferatione impedientibus, ne quis verba faciat.* SCHAEFER.

P. 1454. v. 23. ταὐτὰ] Vulg. ταῦτ'. γρ. ταὐτὰ margo Lutetianae. Et hoc dedi. REISK.

P. 1454. v. 25. κοινότερον] F. ἐς κοινότερον. Vulgaris dictio εἰς κοινὸν βουλεύεσθαι. Et ἐς facile potuit a fine proximi vocabuli absorberi. REISK. Sane potuit: sed haec praepositionis forma non est usus Demosthenici. Vulgata est sanissima. SCHAEFER.

P. 1454. v. 25. βουλεύσεσθε] βουλεύεσθε Bavaricus. REISK.

P. 1454. v. 25. παρόντα] [παράντα.] Lego παρόντα. WOLF. Sic corrigit Wolfius pro παράντα nescio cuius editionis: nam in Aldina quidem h. l. est vulgata. REISK.

P. 1454. v. 26. δυνηθέντος] [δυνηθέντας.] Lego δυνηθέντος. WOLF. Sic corrigit Wolfius pro δυνηθέντας Aldinae. REISK.

P. 1454. v. 28. καλὴν ὑποψίαν] ὑποψίαν οὐχὶ δικαίαν p. 1444, 2. s. SCHAEFER.

P. 1455. v. 2. πεπεισμένους] Sic legendum, non πεπειρασμένους. *apud vos ipsos aliquid persuasum habere: sententiam domo vobiscum attulisse.* WOLF. πεπειρασμένους margo Lutetianae. REISK.

P. 1455. v. 3. μηδ'] μηδὲν margo Lutetianae. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 1455. v. 3. παρὰ] περὶ Aldina. REISK.

P. 1455. v. 5. Ἀθηναῖοι, τισὶν] Immo Ἀθηναῖοί τισιν, quomodo Bekkeri Berolinensis cum Dindorfiana, recte deletâ etiam post ὀχληρὸς subdistinctione. Atque haec ratio in talibus ubique tenenda. SCHAEFER.

P. 1455. v. 6. πολλάκις — ἀεὶ] *identidem verba faciens de iisdem semper rebus.* πολλάκις refer ad λέγων, ἀεὶ ad περὶ τῶν αὐτῶν. SCHAEFER.

P. 1455. v. 7. δίκαιος] δίκαιως (sic) Aldina. REISK.

P. 1455. v. 7. ἀλλ' οἱ μὴ πειθόμενοι —] Sic et Euripides

festive admodum τῆς μισογυνείας crimen in Hippolyto Coronifero eludit. WOLF.

P. 1455. v. 8. ὑμετέροις] [ἡμετέροις.] ὑμετέροις, *vestris*, legendum. Sequitur enim ἃ ὑμεῖς προσετάξατε. WOLF. Vulg. ἡμετέροις, ὑμετέροις Wolfius et index Lambini. REISK.

P. 1455. v. 10. ἐποίησαν] Post h. v. addit margo Lutetianae ἄν. REISK.

P. 1455. v. 10. προσετάξατε] προσετάξετε Aldina. REISK.

P. 1455. v. 11. οὐδ', εἰ τὸ δεύτερον, αὖθις] *neque, si secundo fecissent, rursus*, id est *tertio, fuisset opus verba facere.* WOLF.

P. 1455. v. 12. ὑμῖν] F. ἡμῖν. *ea, quae nos decent.* Quanquam utrumque abesse posset. WOLF. Malim plane tolli. REISK. Ego quoque malim. SCHAEFER.

P. 1455. v. 16. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι] Citantur et in Oratione περὶ στεφάνου Sophoclis in hanc sententiam elegantes versiculi, quos in ipso auctore studiosi requirant. WOLF. Locus est p. 418, 21. ss. Ἀρχὴ quid h. l. significet, et ille locus ostendit et quae statim sequuntur v. 17. ss. SCHAEFER.

P. 1455. v. 18. ὑμετέρων] Vulg. ἡμετέρων. ὑμετέρων Bavaricus, index Lambini. REISK.

P. 1455. v. 18. ἀλλ'] Redundare puto. WOLF. Si, ut videtur, censuit tollendum, multum erravit. V. not. ad p. 821; 7. Minus recte Dobreeus ad Aristophan. Nub. 1398. (1386.) (Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 296.). SCHAEFER.

P. 1455. v. 20. ὅπως δὲ λήψονται] Possunt haec κατ' ἀποσιώπησιν excusari: sed eius figurae nullam video causam. Addendum igitur τοῦτο μόνον σπουδάζουσι, μελετῶσι, σκοποῦσι, vel simile quippiam. WOLF. Nihil tale addendum. Neque est reticentia: quippe φροντίζουσιν etiam ad sequentia referendum est. SCHAEFER.

P. 1455. v. 20. εἰ μὲν οὖν —] Parum apte haec cohaerent cum antecedentibus: ut putem aliunde sumta esse. Quod si Prooemium est, deleri oportet οὖν. SCHAEFER.

P. 1455. v. 21. ἐπέπληξεν] [ἔπληξεν.] ἐπέπληξεν. WOLF. Vulg. ἔπληξεν. ἐξέπληξεν Bavaricus. Dedi e Wolfio ἐπέπληξεν. REISK.

P. 1455. v. 23. εἰ δ'] οὐδ' Bavaricus. REISK.

P. 1455. v. 23. προσθήσειν αὐτοῖς — με] *me ipsis additurum*, id est, *largiturum aliquid ultra debitum reipublicae munus*, vel potius *plura facturum, quam debeam.* WOLF. ὑπὲρ non esse *ultra*, sed *ob*, docet quod sequitur ὧν, non ἅ. SCHAEFER.

P. 1455. v. 25. βούλονται, ἃ] Bekkerus: „καὶ βούλονται γρ. Y." Vere, opinor. SCHAEFER.

P. 1455. v. 26. καὶ] Abest a Paulina. REISK.

P. 1456. v. 3. τούτῳ] τοῦτο Bavaricus. REISK.

P. 1456. v. 3. καὶ θέλοντάς] ἐθέλοντας Bavaricus. REISK. Sic Bekker. Sive sic scribas sive ἐθελοντὰς, ad sensum nihil interest. SCHAEFER.

P. 1456. v. 4. οὐδὲν γὰρ πλέον] S. ἐστί. *nihil proficitur, si sit* —. WOLF.

P. 1456. v. 6. ἀλυσιτελὲς] λυσιτελὲς sine negatione Bavaricus. REISK.

P. 1456. v. 6. ὅσ'] [ὅς.] Lego ὅσα aut cum apostropho ὅσ'. WOLF. Vulg. ὅς. Delet margo Lutetianae. ὅσα index Lambini. Dedi ὅσ'. REISK.

P. 1456. v. 7. δι' ὥραν ἡμέρας] ut tempus contradicendi non fuerit. SCHAEFER.

P. 1456. v. 8. ὑμῶν αὐτῶν ὄντες] ἑαυτοῦ εἶναι, *sui iuris, liberum, nemini addictum esse.* ἑαυτοῦ γενέσθαι, *sese in libertatem asserere.* Contrarium vult τὸ ἑτέρου εἶναι ἢ γενέσθαι, ἀντὶ τοῦ δουλεύειν. WOLF.

P. 1456. v. 10. ὥς φασιν] Recte οἷά φασιν Bekker. Sequitur τοιαῦτα v. 12. SCHAEFER.

P. 1456. v. 11. ἔλεγχον δεδωκότα] *comperta et comprobata.* WOLF.

P. 1456. v. 15. πράττειν εἴη, καὶ] [πράττειν, ἢ εἰ καὶ.] Puto sic legendum: — πράττειν εἴη, καὶ etc. *necesse fuerit agere, neque iterum ex iis, quae restant, mutare consilium licuerit.* WOLF. Vulg. πράττειν, ἢ εἰ καὶ. Dedi de meo πράττειν εἴη, καὶ. REISK.

P. 1456. v. 15. τὸ δεύτερον ἐκ τῶν λοιπῶν] κατὰ τὸν δεύτερον πλοῦν margo Lutetianae. REISK. Coniectura est Lambinum referens audacia. τὰ λοιπὰ sunt quae leguntur v. 5. ss.: horum τὸ δεύτερον quod legitur v. 12. s. Perperam Ind. Graecitat. p. 134. SCHAEFER.

P. 1456. v. 16. τοὺς μὲν οὖν —] οὖν delevit Wolfius novum hinc Prooemium exorsus. Male. SCHAEFER.

P. 1456. v. 17. τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους] Non est *nihil aliud in ore habere* aut *subinde gloriari solere*, sed *ad rationes reddendas perpetuo se paratum profiteri.* WOLF. V. nott. ad p. 341, 16. SCHAEFER.

P. 1491. v. 10. *ἀφικομένου*] reverso e castris ad Lamiam huc ad nos in Pylis agentes. REISK.

P. 1491. v. 10. *τοῦ νῦν—φέροντος γράμματα*] *τοῦ νῦν*

ἥκοντος πρὸς ὑμᾶς μετὰ τοῦ ταύτην τὴν παρ' ἐμοῦ ἐπιστολὴν φέροντος. Iuvat perspicuitatis gratia illum, qui Demosthenis literas ad S. P. Q. A. pertulit Athenas, Apollodorum, comitem eius Diodorum appellare. Diodorum itaque e castris ad Lamiam cum Polemaestus (aut Ptolemaeus potius) ad fratrem Epinicum in Pylis agentem, ubi Demosthenes item tum agebat, misisset, Epinicus Diodorum ad Demosthenem adduxit eique literas fratris ostendit, in quibus cum spes daretur Atheniensibus sic satis probabilis victoriae, iudicavit Demosthenes e re esse illum Diodorum una cum Apollodoro Athenas a se mitti, quorum hic quidem has Demosthenis literas ad S. P. Q. A. perferret, ille vero de proelio Lamiaco memoriter in concione exponeret testis oculatus. REISK.

P. 1491. v. 11. γράμματα] Malim τὰ γράμματα. SCHAEFER.

P. 1491. v. 11. Πολεμαίστου] Πολεμαΐστου Bavaricus. REISK. V. not. ad v. 10. SCHAEFER.

P. 1492. v. 2. κἀκείνου] Redit ad Epinicum. REISK.

P. 1492. v. 2. ἀγαγόντος] Scilicet τοῦτον τὸν πεμφθέντα πρὸς ἑαυτὸν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ γραμμάτων. REISK.

P. 1492. v. 2. ἃ ἔλεγεν] ille a Polemaesto ad fratrem Epinicum missus. REISK.

P. 1492. v. 5. ἐν τῷ στρατοπέδῳ] Scilicet τῷ πρὸς Λαμίαν. REISK.

P. 1492. v. 5. περὶ] Malim παρά. SCHAEFER.

P. 1492. v. 7. ἃ] ὡς margo Lutetianae. Malim ᾗ et ἕξειν pro ἔχειν. *caetera quoque diis propitiis ita habitura in posterum, ut ipsi vultis.* Faxit deus propitius, ut nobis quoque idem eveniat, ut, quemadmodum nunc finem imponimus hodie (d. 21. Iunii 1769. *)) huic operae nostras ad Demosthenem animadversiones in ordinem redactas hoc volumine exarandi, ita quoque ad universae nostrae, quam paramus, editionis Oratorum Graecorum finem nos pervenisse cum laetemur tum grati memoresque deo in acceptis referamus. REISK.

---

*) Hinc, coll. not. ad Titul. Prooemm. p. 1418., discas, quam festinanter Reiskius has ad Prooemia Epistolasque annotationes effuderit. SCHAEFER.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Annotationi ad p. 1192. v. 16. (p. 275.) addantur haec: Verbi *συνιστάναι* sic usurpati significationem clarissime ostendit Longus Pastoral. p. 132. edit. Villois. *τόν τε Δρύαντα τῷ Μεγακλεῖ προσήγαγον καὶ τῇ Ῥόδῃ τὴν Νάπην συνέστησαν.* ubi recte Amyotus *présenterent.* Quem solum Editor sequi debebat nec Reiskii Demosthenicis abutens *περιεργάζεσθαι.*

Annotat. ad p. 1342. v. 27. (p. 519. not. *)) actum me egisse a Dindorfio meo accepi. Comici enim versus eodem modo dudum dispertiverat Iac. Hertelius Comicor. Sentent. p. 298. Tam in propatulo positam rem latuisse editores Plutarchi!

Annotat. ad p. 1351. v. 21. (p. 541.). Spurcissimam illam phrasin loquens de nefandis Theodorae flagitiis usurpat Procopius Historiae Arcanae loco, quem e Menagianis nuper repetivit Huschkius, vir doctissimus, Analect. Litterar. p. 74. V. *Gibbon's History* T. VII. p. 61. edit. Lips.: ubi homo ingeniosissimus et *σκωπτικώτατος* de mulieris foeditate ita loquitur, ut requiras historici gravitatem. Sed nimirum melli fuit isti Momo probris incessere proceres Ecclesiae Anglicanae.

Annotat. ad p. 1364. v. 3. (p. 561.) accedat ex Athenaeo T. II. p. 472. Schw. exemplum inprimis notabile ob praemissum *ἢ*. Ibid. T. IV. p. 135. et 333. vere Lipsiensis editor: *οὐ μὲν ἦμεν ἄρτι γὰρ —.*

Annotat. ad p. 1370. v. 10. (p. 569.) accedant haec: Coraën advertere poterat quod legitur V. Agesil. c. 32. *τὸ ῥεῦμα μᾶλλον ὑπὸ ψυχρότητος ἢ τραχύτητος ἐγίνετο σκληρὸν καὶ χαλεπὸν τοῖς Θηβαίοις.* Praepositionis post *ἀλλὰ* repetendae exemplum reperies V. Caesar. c. 54. Sic post *ὡς* praepositio ex antecedentibus subaudienda V. Pomp. init.

Annotat. ad p. 1398. v. 21. (p. 625.) accedant haec: Eadem verborum *ἐκτείνειν* et *ἐκτίνειν* confusio reperitur in Sophocl. Antig. 856. et Oed. Col. 499. V. Martinus p. 642. et 673. Ut solennis videatur hic error librariorum. Quo magis miror Oratoris editores non dudum expulisse barbarismum.

Annotat. ad p. 1442. v. 22. (p. 692.) accedat e Plutarchi V. Eumen. c. 11. *εἰπεῖν δ' οὐ δεινὸς, αἱμύλος δὲ καὶ πιθανός.* Unde simul discas quid intersit inter *δεινὸς εἰπεῖν* et *πιθανὸς*, quae Chaeronensis alibi ut affinia iunxit. Idem V. Phocion. c. 5. *ῥήτωρ μὲν ἄριστος — Δημοσθένης, εἰπεῖν δὲ δεινότατος ὁ Φωκίων.* Omitto alia exempla usus Plutarchei huius locutionis: nam tot occurrunt, ut illi inprimis placuisse videatur.

Apparat. T. I. p. 316. ss. Inserenda hic censui quae de Philippica I. nuper scripsit Krügerus *), vir doctissimus ac de graecis litteris tam praeclare merens, ut facile agnoscas alumnum disciplinae Seidlerianae. Qui quae mihi nonnullis de locis opposuit, ea nunc non licuit excutere: adeo festinarunt operae iussu redemtorum. Faciam id alibi, quando otium excutiendis suppeditabit, haud cunctanter assensurus vera monenti, ubicunque errasse me intellexero. Haec igitur Krügerus:

§. 1. Bekker. p. 40. Reisk. Initium huius orationis obsidere 5*
videtur vitium vetustissimum. Nam quod pro *προὐτίθετο* e duobus libris enotatur *γρ. προὔκειτο*, id tantum abest ut cum Rüdigero ex interpretamento ortum putare liceat, ut prorsus non intelligatur quo quis modo usitatissimum in hac re vocabulum minus noto explicuerit. Ego contra puto, adiuvante ratione grammatica. Etenim orator si *προτιθέναι* hic dicturus fuisset, nullo modo imperfecto uti poterat. Ac ne quis huiusmodi locos obiiciat: *ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ — ψευδόμενος ἐφαίνετο* (Xenoph. Mem. I, 1, 5.), etiam ubi Latini conditionali praeteriti
utuntur, imperfectum usurpant Graeci, si de re vel durante vel repe- 6
tita sermo est. Cf. or. II. §. 36. p. 74. Hom. Od. IV, 174. 178. et Matth. Gr. min. 508. De re plura quam Rüdigerus volenti dabit Schoemann de comitiis Athenn. p. 103. s. — Deinceps vocativum post *λέγειν* habet cum libro Harleiano Hermogenes, atque hic ordo melior videbatur Schaefero. Veriorem ego praestiterim vulgarem, cum librarios saepe hoc modo peccasse animadverterim ubi interpositis vocabulis disiuncta viderent quae coniungenda essent. — Ad *εἰωθότων* Reisk. adscripsit: „sc. *γνώμην ἀποφήνασθαι.*“ Recte quidem ille, si sensum spectas. Cf. quae congessi ad Dionysii historiogrr. p. 118. Meminisse tamen oportet, hoc participium saepe adiectivi vice usurpatum esse a Graecis ita ut ipsi plerumque vel eis locis quibus commode fieri potest infi-

*) Annotationum ad Demosthenis Philippicam I. Specimen. Scripsit C. Guil. Krügerus. Bernburgi. 1826. 8.

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Bernburgensis.

nitivum repetiisse non videantur. Cf. ind. meum ad Dionys. in v. Ceterum τοὺς εἰωθότας neque seniores intelligas cum scholiasta et Wolfio, neque τοὺς συνηγόρους cum Rüdigero: nam de his quae Petitus commentus erat satis refutavit Schoem. l. l. p. 107. ss.: sed omnino eos qui tunc temporis apud Athenienses de rebus publicis verba facere solerent. Hos Demosthenes cum similia atque antea, i. e. reipublicae perniciosa in medium prolaturos esse praevideret, non exspectandum duxit donec illi perorassent: quod se facturum fuisse significat, si de re nova ageretur de qua
7 illos nullis dum praeconceptis opinionibus, nulla lucri spe ductos fortasse vera et salutaria suasuros esse sperari liceret. Falluntur enim H. Wolfius et Rüdigerus legis ab Aeschine c. Ctes. §. 2. memoratae metu Demosthenem haec dixisse opinati. Nam ea dudum abrogata erat per desuetudinem. Cf. Schoem. l. l. p. 104. ss. — Ad γνώμην ne articulum additum requiras, v. quae monui ad Xenoph. Anab. I, 6, 9. atque, ut ex oratoribus aliquot exempla adiiciam, Dem. XIII, 11. p. 169. XVIII, 189. p. 291. XIX, 156. p. 390. Aesch. c. Ctes. §. 2. In eadem oratione §. 1. — licebit enim hic paullulum itinere decedere — miror Bekkeri et Bremii crisin, qui pro δεύτερον δέ, quod frequentissimo corruptionum genere ex §. 2., ubi iterum legitur, ortum est, ἔπειτα δεύτερον non receperint. — Deinceps indicativum ἀπεφήναντο Platonis loco allato illustrat Matth. Gr. min. §. 522. p. 588. Est haec quaedam attractio, cuius similem post relativum habes VIII, 1. p. 90. in. — Quae sequitur altera conditionalis enuntiatio hic ita explicanda videri possit, ut statuatur prioris apodosin esse ἐπισχὼν ἂν i. e. ἐπέσχον ἂν—καί. Sed proprie hic duplex eiusdem apodoseos est protasis, ut XV, 15. p. 194.: οὐδ' εἰ ταῦτ' ἀμφότερ' ἦν, εἰ μὴ συμφέρον ὑμῖν ἡγούμην, εἶπον ἄν. Diversa est ea ratio, qua altera conditionalis enuntiatio alteri per epexegesin subiicitur, quod genus tetigit Heindorf. ad Cic. N. D. X, 25. Ab utroque differt illud, quo altera alterius est conditio.
8 Cf. Platon. Protag. p. 311. b. ibique Heindorf. et Xenoph. Anab. III, 2, 31. et quae ad h. l. contulit Bornemannus. — Paulo post καί ante αὐτός a Reiskio restitutum cum Augerio delevit Bekkerus, quod merito improbat Schaeferus. Nam ut ad sensum aptissimum est, ita, si deleas, solum αὐτός insignem quandam arrogantiam prodiderit. Inepte tamen Rüdigerus ad καὶ πρῶτος quod sequitur provocat. Nam hoc καί cum illo nulla ratione coniunctum est significatque: *vel*, *adeo*. Cf. ad Anab. V, 4, 29. — Deinceps ἀνίστασθαι notum est eodem modo dictum esse quo apud Latinos *surgendi* verbum, de quo v. interprr. ad Cic. pro Rosc. Am. 1. Cogitandum est enim Athenienses et omnino Graecos (cf. ad Anab. V, 10, 5.) in concionibus sedisse, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο (XVIII, 191. p. 292. cl., ut multa alia omittam, Aristoph. Equitt. 783.). Itaque qui verba facturus erat ἀνέστη (XVIII, 170. p. 285. XIX, 13. et 15. p. 345. §. 35. p. 352.

57. p. 359. et ind. ad Anab.) vel παρῄει, παρῆλθεν (II, 31. p. 27. XVIII, 22. p. 232. §. 213. p. 299.) ἐπὶ τὸ βῆμα (Aesch. c. Ctes. 2.) vel ἀνέβη (Dem. XVIII, 209. p. 297. cl. §. 179. p. 288. XIX, 23. p. 348.). — Mox pro συνεβούλευσαν cum pluribus codd. συνεβούλευον legendum esse apparet ex eis, quae p. 5. s. de hoc enunciatorum genere disputavimus. Alterum non defendi loco a Rüdigero collato I, 9. p. 11. manifestum est.

§. 2. De locutione ἀθυμεῖν τοῖς πράγμασι dixi ad Anab. I,
3, 3. Ad eandem I, 6, 8. monui de particulis οὐδ' εἰ —. No- 9
stro simillimi sunt loci XV, 14. p. 194. XVIII, 9. p. 228. et Cyrop. VIII, 7, 23.: οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔτι πιστεῦσαι δύναιτο ὑμῖν, οὐδ' εἰ πάνυ προθυμοῖτο. Alia si quis requirat, adeat Dem. VIII, 37. p. 99. XIV, 29. p. 186. XV, 15. p. 194. §. 21. p. 196. — In eis quae sequuntur rhetoricum artificium iam notavit Hermogenes. Eodem saepius utitur orator, veluti IX, 5. p. 111. Ad gravissimam sententiam ut magis animos attendant Athenienses (cf. Tiber. 13. Fischer.), se ipse interrogat: τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; qua ratione nihil apud Demosthenem frequentius est. Ita haec ipsa formula legitur VI, 24. p. 71. VIII, 7. p. 91. IX, 22. p. 116. §. 37. p. 120. XV, 32. p. 200. ἔστι δ' οὗτος τίς; IV, 34. p. 49. IX. 39. p. 21. XVI, 15. p. 205. Eiusdem generis est quod mox §. 3. habebimus: τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; cuius similia passim reperiuntur, veluti VI, 31. p. 73. et IX, 25. p. 248. Alia alio loco.

§. 3. Ἔπειτα vocibus πρῶτον μέν §. 2. respondet. Ac ne tirones δέ additum requirant, monendum est Demosthenem, si recte observavi, ἔπειτα et εἶτα semper sine hac particula post πρῶτον μέν inferre. — Verba ἔπειτα — ἀναμιμνησκομένοις Rüdigerum male interpretatum esse apertum est. Participium ἀκούουσι omisso ὑμῖν appositum est eadem ratione, qua ἀναμιμνησκομένοις verbis τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς. Patet autem oratorem minus
concinne locutum esse. Nam ita incepit ac si has voces omnino 10
non subiecturus esset. Concinnitatem si sectatus esset, sic fere loqui debebat: ἐνθυμητέον τοῖς μὲν νεωτέροις παρ' ἄλλων ἀκούουσι, τοῖς δ' εἰδόσιν αὐτοῖς (i. e. τοῖς πρεσβυτέροις) ἀναμιμνησκομένοις. Non male locum vertit Schaeferus: *considerare vos oportet et ab aliis audientes et qui ipsi nostis in memoriam revocantes.* Sed cum ἀκούουσι hic ut aliis locis quam plurimis perfecti vim habeat (v. ad Anab. I, 9, 28. et Buttm. ad Soph. Phil. 261.), paulo liberius reddiderim: *reputandum est quod vel ab aliis audivistis vel, qui ipsi novistis, reminiscimini.* Cf. XX, 55. p. 374. — Quae mox memoratur Lacedaemoniorum potentia, inprimis Antalcidae pace 387. a. C. n. fixa et fundata erat. Quinque annis post 382. (v. Clinton. Fastt. Hell. h. a.) Phoebidas Olynthum profecturus Cadmeam occupat, unde Lacedaemonii 379. a Pelopida eiiciuntur. Inde ortum quod hic respicitur bellum Boeotium, de quo praeter Diodor. XV, 28. ss. v. Xenoph. Hell. V, 4,

34. ss. Idem significat lib. de reditt. V, 7.: *Θηβαῖοι εὐεργετούμενοι ἡγεμονεύειν αὐτῶν ἔδωκαν Ἀθηναίοις.* Ceterum si verum sit quod Xenoph. Hell. V, 4, 20. ss. 34. tradit, insignis illa laus, qua orator hic patriam suam ornat, emarcuerit. — Ad verba *ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολύς* patet subaudiendum esse *ἐστι*: *ex quo non multum temporis praeteriit*, h. e., ut interpres Latinus vertit, *non ita pridem.* Memineris hic hanc orationem habitam esse 352. a. C. n. V. Clinton l. l. h. a. — Deinceps cum *ὡς* particula tiro-
11 nibus negotium exhibere soleat, monendum est non raro Graecos hac ratione duo relativa coniungere: *ἡλίκην — ὡς καλῶς*, *quanta potentia instructis Lacedaemoniis quam pulchre.* Cf. Lept. 93. p. 485.: *συνίεθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι.* ubi v. Wolf. §. 75. p. 371. Latinos eadem ratione uti notum est. Ita v. c. Liv. XXX, 42.: *(commemorabant) ex quantis opibus quo recidissent Carthaginiensium res.* Eiusdem generis sunt huiusmodi loci: *ἵν' εἰδῆτε οἵων ὑπαρχόντων αὐτοῖς παρ' ὑμῶν οἵων ἔτυχον* Dem. XIX, 61. p. 360. Cf. Cyr. IV, 5, 29. Thuc. V, 7. et Soph. Antig. 943. Priori relativo participium additum sit nec ne hic parum refert. — Vocem *Ἑλληνικῶν* a plerisque libris omissam delevit Bekkerus, defendunt Forbigerus, Bremi, Schaeferus: quorum huic res tam certa videtur, ut contra disputare non auderem, nisi viro egregio idem quod mihi, qui quo tempore discipulis meis hunc locum explicui eiusdem sententiae fuerim, accidere posse videretur, ut iudicium suum retrectaret. Sed videamus. Ac primum si externa argu-
12 menta respicias, mirum videbitur hoc vocabulum in tot codicibus excidisse, cum unde in nonnullis addi potuerit manifestum sit. Nam de eadem re II, 24. p. 25.: *ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ Λακεδαιμονίοις μέν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε κ. τ. λ.* Hic enim *Ἑλληνικῶν*, iniuria a Bekkero uncis notatum, necessarium est propter oppositionem: *νυνὶ δ' ὀκνεῖτε ἐξιέναι — ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων.* De industria omisi quae interiecta sunt: *καὶ μέλλετε εἰςφέρειν (ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν)*, quoniam haec proxime praegressis opponuntur: quod monui, ne quis dubitet intelligentium quidem quin Bekkeri notae confodiendae sint. Sed quod Scholiastes ad h. l. tradit, hoc bellum nominatum fuisse *τὸν πόλεμον τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*, id tam aperte fictum est, ut nemini fraudem facere debuisse videatur. Nihil dicam quod apud Diodorum, quem saepius quam debebat lutulentis oratorum fontibus hortulos suos irrigasse constat, huius appellationis ne vestigium quidem deprehenditur: sed orator si eam secutus esset, Philippicae loco dicere debebat: *ὑπεμείνατε τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων πρὸς ἐκείνους πόλεμον.* Ac si, ut Bremii verbis utar, hic quasi terminus quidam technicus fuisset, notio *τῶν Ἑλληνικῶν* ita oblitterata esset, ut ne Olynthiacae quidem loco orator eam quam modo demonstravimus oppositionem satis aperte declarasset. Denique

quod Schaeferus putat, istam appellationem usurpasse oratores
Atticos, ut civium suorum auribus blandirentur: haud paulo ma- 13
gis his blanditi fuerint, si omnibus omnino temporibus Athenien-
ses aequo et iusto atque Graecorum saluti prospexisse praedica-
verint: id quod cum alii faciunt tum Demosthenes saepissime. V.
VI, 8. p. 67. §. 9. p. 68. VIII, 42. p. 100. IX, 45. p. 122.
[XIII, 7. s. p. 168. §. 35. p. 176.] XIV, 7. p. 179. XV, 13.
p. 194. XVIII, 66. p. 247. §. 99. s. p. 259. §. 183. ss. p. 289.
s. XIX, 64. p. 361. cl. 304. p. 338. Iam concusso fundamen-
to facile, opinor, suspectam vocem concidere patientur defenso-
res, quoniam illa hic prorsus inutilis est neque ut reliquis duo-
bus locis II, 24. p. 25. XV, 29. p. 199. ad oppositum quid re-
feratur. — Ad verba ἵν᾽ εἰδῆτε καὶ θεάσησθε quae Rüdigerus
annotavit, in eis miror non respecta esse quae de hoc verbositatis
genere Hermann. disputaverat de ell. et pleon. p. 206. et ad Vi-
ger. p. 887. Omnino quamquam verum est saepe synonyma vo-
cabula, inprimis ab oratoribus coniungi, ut eadem notio maiore
vi proferatur, tamen hic magna cautio habenda est interpreti, ne
diversissima quaeque confundat. Sed nostro loco illud offendat,
quod orator ἵν᾽ εἰδῆτε καὶ θεάσησθε dixerit, non ἵνα θεάσησθε
καὶ εἰδῆτε: quam difficultatem sublaturus ne quis ἴδητε emendet
aut ad ὕστερον πρότερον confugiat, tenendum est ἵν᾽ εἰδῆτε hic
esse: *ut cognoscatis.* Cf. XVIII, 118. p. 266. §. 153. p. 278.
§. 156. p. 279.: δός δή μοι τὴν ἐπιστολὴν —, ἵν᾽ εἰδῆτε καὶ ἐκ
ταύτης σαφῶς κ. τ. λ. Adde Buttm. Gr. max. II. p. 116. et Matth. 14
ad Eurip. Rhes. 655. Ita tantum abest ut in ista verborum col-
locatione offensionis aliquid insit, ut eam egregie commendet κλί-
μαξ. Nam θεᾶσθαι evidentiorem cognitionem significat rem quasi
oculis subiiciens. Plane eadem ratio est eorum aliquot locorum,
quos Bremi contulit, quibus, ut X, 7. p. 133. praetereamus,
hos adiicimus: εἰδὼς καὶ ἑωρακώς XVIII, 248. p. 309. σκέψα-
σθε — καὶ θεωρήσατε §. 252. p. 311. ἐγνωκειν καὶ προεωρώμην
XIX, 154. p. 389. ἐξετάσαι καὶ θεάσασθαι 315. p. 442. ἐνθυ-
μεῖσθαι καὶ ὁρᾶν XX, 118. p. 492. Hoc si quis argutius quam
verius disputatum esse censeat, cuiusmodi reprehensiones nuper
aliquoties immerito expertus sum, nae ille parum noverit Demo-
sthenem, cuius artem qui non ipse ex ipso didicerit audiat egre-
gie disputantem Dionysium de comp. 25. p. 206. ss. et Iud. de
Dem. 51. p. 1111. ss. Qui censor etsi saepe falsa in medium
profert, praecipue ubi ira aut studio eius iudicium corrumpitur,
tamen ubi de oratoribus, inprimis ubi de Demosthene disserit,
multa exhibet quibus optimo fructu ad rhetoricam huius artem
illustrandam utaris. — Paulo post pro βούλησθε Schaeferus iure
βούλοισθε requirit, quae formae etiam XIX, 178. p. 397. con-
fusae sunt. — Lectionem χρωμένοις, quae nullo modo ferri po-
test, ex III, 23. p. 34. ortam esse quis Rüdigero credat? Immo
originem debet dativo φυλαττομένοις, quod genus corruptionum

15 frequentissimum est. — Post τῇ non fuisse quod τέ insereretur,
monuit Schaefer. — De ἐκ praepositione ea qua hic ratione usur-
pata monui ad Anab. II, 6, 8. Cf. III, 3. p. 29. XVIII, 7. p.
227. §. 215. p. 408. Minus apta contulit Rüdigerus, qui idem
mox non aptiora confert, ut οὗτος cum contemtu dictum esse de-
monstret. Nam omnino οὗτος et ὅδε nunquam nisi nomine addi-
to sic videntur usurpata esse. Nam etiam ubi Dem. quos summo-
pera contemnit, corruptos oratores voce οὗτος significat, veluti
III, 22. p. 34. (τὰ μὲν τούτων) 29. p. 36. VIII, 66. p. 106.
VIII, 188. p. 291. XIX, 33. p. 351., neutiquam in pronomine
contemtus notio inest.

§. 4. *Εἰ δέ τις — ὀρθῶς μὲν οἴεται.* Eadem orationis con-
formatione orator loquitur VIII, 48. p. 101. [X, 24. p. 137.],
quem locum Dionys. VI, p. 1116. expressit. Cf. II, 22. p. 24.
[XI, 15. p. 156.] IV, 29. p. 48. XX, 25. p. 464. — *Νῦν* ante
ὑπαρχούσης non ausim delere cum Bekkero. Nam ut Rüdigerum
diversissima confundentem missum faciamus, non perspicitur un-
de hoc adverbium in tot libros irrepserit, neque supervacaneum
est, cum significet antea fuisse ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου πράγματα
καὶ κομιδῇ μικρά XVIII, 295. p. 324. Cf. I, 9. 12. p. 115.
IX, 21. p. 116. — ἀπολωλέναι τῇ πόλει. Eadem ratione loqui-
tur XVIII, 107. p. 262.: τριήρης — ἔξω καταληφθεῖσα ἀπώλετο
τῇ πόλει. cui opponitur περίεστι τῇ πόλει XIX, 78. p. 365. Quae de
16 μέντοι particula Rüdigerus comminiscitur iam notavit Schaefer. Cf.
ad Anab. II, 1, 19. — Pydnam Macedoniae urbem (Thuc. I, 61, 137.),
postea Citrum (non Citium, v. Strab. exc. l. VII, 8.) Philippus rece-
pit Ol. 105. 3. secundum Diod. XVI, 8. Cf. Plutarch. Alex. 3. Eo-
dem anno Potidaeam expugnavit, quae postea (non quoque) Cas-
sandria dicta est. V. Strab. l. l. 12. Plin. H. N. IV, 17. et Poppo
Thuc. II, p. 372. ss. Methonem τῆς Μακεδονίας (L, 46. p. 1220.),
τῆς Πύδνης στάδια μ' ἀπέχουσαν (Strab. l. l. 8.) Philippus cepe-
rat Ol. 106. 4. eodem Diodoro teste XVI, 34. cl. 31. ubi v. Wes-
seling. Demosthenes ipse harum urbium amissionem saepe me-
morat, I, 9. p. 11. §. 12. p. 12. VI, 17, 20. p. 70. [VII, 95.
p. 79.] VIII, 62. 65. p. 105. §. 26. p. 117. [X, 12. p. 134.
§. 64. p. 148. §. 67. p. 149.] XVIII, 69. p. 248. XX, 61.
63. p. 475. s. XXIII, 107. p. 656. — *Μετά τινος εἶναι* non ra-
ro dicuntur qui alicuius imperio subiecti sunt. Cf. §. 8. p. 42.
et ind. ad Anab. in μετά.

§. 5. *Τοσαῦτα* recipiendum esse recte docet Schaefer. — Pro
ἐπιτειχίσματα τῆς ἑαυτοῦ χώρας Hemsterhusius ἐπ. τῇ αὐτοῦ χώ-
ρᾳ coniecit, quod probare videtur Bekkerus, qui nescio quo con-
silio XV, 13. conferat. Profecto haec esset legitima constru-
ctio (cf. Matth. §. 390.); verum tamen hic non sollicitandus vi-
detur genitivus, quo illa ἐπιτειχίσματα quodammodo partes Ma-
cedoniae dicantur. Ceterum ἐπι— in hoc vocabulo eandem vim
habet, quam in ἐποικίζειν demonstravit Schaefer. ad Apollon.

Rhod. II. p. 339. Cf. Duker. ad Thuc. I, 122. — Deinceps pro 17
ἔρημον ὄντα συμμάχων quod alii habent ἔρημος ὢν τότε σ., id vel propterea reprobandum est, quod hic respiciuntur praegressa: τὸ τὰ χωρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει. Etenim ibi scriptor si eadem qua hic ratione orationem conformare voluisset, dicere poterat: εἴ τις οἴεται — χαλεπὸν εἶναι Φιλίππῳ πολεμεῖν τὰ χωρία πάντα ἀπολέσαντας. Accedit collocatio. — Ad ἐκτήσατο ex antecedente enuntiato ἄν repetendum est. Cf. Soph. Oed. C. 927. Xenoph. Anab. II, 5, 14. et ad I, 6, 2. Sed cum multi libri ἐκτήσατ' ἄν habeant, non magnopere repugnaverim Bremio et Schaefero hoc restituentibus. Nam recte hic monet librarios saepius peccare ἄν omittendo quam addendo. — Mox pro οἶδεν facillima et frequentissima confusione (cf. III, 26. p. 35. ibique Reisk. IV, 36. p. 50. VI, 8. p. 67.) alii εἶδεν habent, quod iure recepit Bekkerus, cum hoc dici necesse sit: *pulchre vidit* (nam de v. καλῶς v. Schaefer. ad Soph. Oed. T. 1008.) quo tempore ad illa τειχίσματα expugnanda animum applicuit. Neque obiecerit quisquam quod sequitur ταῦτα μέν ἐστιν κ. τ. λ. Hic enim Dem. indicativo praesentis utitur, ut Atheniensibus recuperandorum quae amisissent spem subiiciat (cf. §. 7.) dicens etiamnunc esse ἆθλα τοῦ πολέμου. Ad hanc dictionem illustrandam apte conferunt Xenoph. Cyrop. II, 3, 2. quem locum expressit Plutarch. de libb. educ. 11.: τὰ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀγαθὰ τοῖς νικῶσιν ἆθλα πρόκειται. Cf. ad Anab. III, 1, 21. — Verba 18
ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων cave ad locorum situm referas. Nam ita orator diceret: *par est Philippum habere quae suis terris vicina, a nostra urbe remota sunt:* quo quid potuisset ineptius? Itaque, ut ipsius verbis utamur, sensus est: τοῦ ἐφ' ἅπασι παρόντος (II, 23. p. 24.) τῷ στρατεύματι (I, 4. p. 10.) φύσει ὑπάρχει τὰ τῶν ἀπηρτημένων καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις (IV, 12. p. 43. ad quem l. cf. Schaefer.). Cf. §. 40. s. p. 51. s. I, 9. p. 11. VIII, 11. 13. p. 92. s. §. 36. p. 98. IX, 38. p. 120. [XI, 19. p. 157.] XVIII, 235. p. 305. —

§. 6. Καὶ γάρ τοι esse *etenim profecto*, disci poterat ab Hermanno ad Viger. p. 531. Cf. IX, 58. p. 125. XVIII, 99. p. 259. XIX, 137. p. 383. §. 141. p. 384. §. 325. p. 445. XX, 69. p. 477. §. 91. p. 484. — De aoristo χρησάμενος v. ad Anab. I, 9, 17. Voces τις ἔχοι, quae et concinnitatem turbant et per se frigida sunt, ex interpretamento orta puto, cuius simile addiderunt librarii XVIII, 197. p. 294. Cf. ibi Schaefer., XXI, 14. p. 519. XXIII, 154. p. 671. ann. m. ad Anab. V, 7, 22. — Verbis ὡς ἂν ἑλὼν πολέμῳ Scholiastam aliquem adscripsisse censeo πολέμου νόμῳ, ut hanc lectionem, a Schaefero restitutam, iure reiecisse videatur Bekker. — Προσέχειν τὸν νοῦν quid sit dixi ind. ad Anab. in γνώμη. Cf. II, 13. p. 21. — Mitto quae Rüdiger. de relativo hypothetico annotavit. Non melioris notae sunt quae de locutione ἐπὶ γνώμης γίγνεσθαι tradit. Nam γίγνε- 19

σθαι nunquam statum quo quis utitur significare potest (cf. ind. ad Anab. in v. f.) et Aeschinis locus quem affert dissimillimus est. Ἐπὶ praepositio eadem ratione, quamquam non addito movendi verbo, legitur VIII, 14. p. 93.: μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀνοίας, et XXI, 199. p. 578.: ἐπὶ ταύτης τῆς ὑπερηφανίας ὄντα. Ἐπὶ γνώμης εἶναι dixit XXI, 213. p. 583. Dionys. Arch. IV, 70. p. 809. VI. 38. p. 1126. Sensus apertus est: *si vos quoque talem quali Philippum usum dixi sentiendi rationem pectore amplexi fueritis* et q. s. — Ad verba νῦν, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον cf. §. 44. p. 42. extr.

§. 7. In formula συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν Bekkerus postremum vocabulum cum pluribus libris delevit. Non improbarem, si ἁπλῶς abesset. Cf. Dionys. arte rhet. VI, 2.: συνελόντι μὲν οὖν ἐπιτάφιος ἔπαινός ἐστι τῶν κατοιχομένων. cuiusmodi locis non εἰπεῖν subaudiendum, sed ea ratione explicandus est dativus, quam illustrat Matth. §. 388, b. Sed cum ἁπλῶς verbo συνελεῖν non videatur iungi posse, εἰπεῖν retinendum puto, nisi etiam ἁπλῶς cum aliquot libris deleas, quod non audeat qui quam aptum sit hoc vocabulum perspexerit. Habet enim similem potestatem atque formula ἁπλοῦς ὁ λόγος XIX, 179. p. 397. Xenoph. Anab. V, 8, 18. ibique ann. Ipse orator optimus sui interpres, quem alii interpretes non semper ubi debebant consuluerunt, in-
20 fra §. 51. p. 54.: πάνθ' ἁπλῶς, οὐδὲν ὑποστειλάμενος πεπαῤῥησίασμαι. — Ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι male interpretatos esse Matth. Gr. mai. §. 371. et Rüdigerum: *sui iuris fieri*, non eget demonstratione. Rectius Schaeferus: *e vobismet ipsis, non ex aliis, pendere.* Etenim referuntur haec ad vanam Atheniensium spem, qua alios *populos* pro ipsis propugnaturos esse exspectabant. Male enim Iacobsius. Cf. IX, 35. p. 120. et §. 73. ss. p. 130. — Pro αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος Harlei. αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐδέν, probante Schaefero. Sed v. quae monui p. 6. — De v. κομίζεσθαι monuit Rüdiger. Cf. VIII, 36. p. 98. XV, 15. p. 194. XIX, 149. p. 387. §. 252. p. 420. — De lectionibus θέλῃ et ἐθέλῃ bene contra eundem disputavit Bremi. — Quod mox dicit κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε illustrat §. 43. p. 52. Cf. III, 2. p. 29. et §. 14. p. 32. —

§. 8. Πράγματα hic intellige *res, potentiam, imperium.* Cf. §. 44. p. 53. II, 9. p. 20. XVIII, 295. p. 324. Monui propter Iacobsium. — Adiectivum ἀθάνατα per prolepsin additum esse docet Schaeferus: qua ratione saepissime usi sunt poetae (v. Seidler. ad Eurip. El. 442. et Erfurdt. ad Soph. Antig. 786.) nec abstinuerunt prosarii. Cf. IX, 21. p. 116. et ad Anab. I, 5, 8. De Romanis cf. Werfer. actt. Mon. I, 2. p. 266. — Ad proxima conferas I, 21. p. 15. II, 13. p. 21. §. 15. ss. p. 23. s. VIII, 41. p. 100. [X, 13. p. 135.]. Falsos autem puto eos, qui μισεῖ, δέδιεν et φθονεῖ verborum quidque ad singulum Philippi sociorum
21 genus referunt. Nam odium quidem et metum haud dubie con-

ceperant iidem. Quid quod haec non ad solos socios referenda esse ostendit II, 16. 18. p. 22. s. *Τὶς* hic est nostrum *mancher*. Cf. Matth. §. 487. — Pro *ἄλλοις τισὶν* Schaeferus *ἄλλοις οἷστισιν* coniicit. Sic oratoris argumentationem aliquanto melius procedere. Hoc ego non satis intelligo. *Ταῦτα πάντα* v. ut Bekkerus dedit *πάντα ταῦτα* bene explicat Schaefer. cl. Xenoph. Oec. VI, 13. — De v. *ἀποστροφή* dixi ad Anab. II, 4, 22.

§. 9. Ad illustrandam formulam *οἷ προελήλυθεν ἀσελγείας* ex ipso Dem. afferri poterat XXI, 17. p. 520.: *οὐδ' ἐνταῦθ' ἔστη τῆς ὕβρεως*. Cf. Soph. Oed. C. 170. 310. — Pro *λέγει* Vossianus *πέμπει*, quod Schaeferus defendit. Sed ita propter praegressum *ὥς φασι* de litteris ad alios, non ad Athenienses missis, cogitandum esset: quod cum parum probabile sit, ego hanc varietatem ex solo scribendi vitio repetendam censeo. — *Μένειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν* recte interpretatur Rüdigerus, quamquam propriam potestatem subesse facile sentias. Cf. VIII, 47. p. 101. Eodem sensu §. 43. p. 52. *οὐ στήσεται*. — In verbis *κύκλῳ πανταχῇ* cur non videatur pleonasmus inesse dixi ind. ad Anab. in *κύκλος*. — *Καθῆσθαι* eodem sensu usurpatum II, 23. 24. p. 24. s. IV, 44. p. 53. Simili translatione *καθεύδειν* dicitur, quo de v. ind. ad Anab. in v. cl. XIX, 303. p. 438. — De verbo *περιστοιχίζεσθαι*, quod eadem potestate VI, 27. p. 72. legitur, exposuerunt interpretes. Omnino Graecos saepissime a re venatoria vocabula 22 transferre constat.

§. 10. *Πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε.* Hanc eiusdem verbi repetitionem ego olim ad Dionys. p. 11., si recte memini auctore Heindorfio ad Plat. Euthyd. p. 343., diplasiasmum dixi, secuto Schaefero *) ad Dem. p. 45, 3. Sed ex quo rhetoricen tradidi, talia accuratius scrutatus veteres magistros vidi hanc figuram dixisse *ἐπανάληψιν*, *ἀναδίπλωσιν*, *ἐπαναδίπλωσιν*, *ἐπίζευξιν*. Verum *ἐπανάληψις* potius est in huiusmodi locis: *Ἔνθάδε Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν, Σίσυφος Αἰολίδης* — Il. ζ', 154. cl. μ', 95. s. et Odyss. α', 22. s. Quamquam veteres in hoc vocabulo finiendo parum sibi constant. V. I. C. T. Ernesti Lex. rhet. in v. *Ἀναδίπλωσιν* I. A. Ernesti Initiis rhet. §. 340. in talibus tantum locis agnovit: *Sequitur pulcherrimus Astur, Astur, equo fidens* Virg. Aen. X, 180. Cf. I. C. T. Ernesti l. l. in v. replicatio. Quod tanto facilius concesserim, cum ad eam cui nomen circumspicimus figuram significandam Herodiani auctoritate

*) qui maiore iure hic me reprehendisset quam ad p. 181. v. 21. Nam *ἐφαμαρτεῖν* ap. Dion. p. 210. restitui non quo verum esse putaverim, sed quia omnino etiam Seidlero monitore quae Dionysius ex aliis scriptoribus attulit nunquam ex his corrigenda putavi: id quod p. 214. v. 31. significavi. Quod idem v. d. me Thucydideo II, 43. non abstinuisse dolet, ego vero quod cum Abreschio Bekkerus dedit nec aptum nec Graecum esse probare posse videor.

23 ἐπιζεύξεως vocabulo uti liceat. Hanc figuram, cuius exempla passim apud scenicos reperias (v. Soph. Oed. T. 1217. et Oed. C. 982. 1079.) omnium maxime frequentavit Demosthenes. Ut eis quae ad Dionys. p. 11. contuli nonnulla adiiciam, sic legitur ἴσως ἄν, ἴσως III, 33. p. 37. VIII, 77. p. 109. μὴ νῦν — μὴ νῦν XIX, 46. p. 355. ἵππον, ἵππον XXI, 174. p. 571. πονηρόν — πονηρόν XVIII, 242. p. 307. ὑμᾶς οὖν, ὑμᾶς XIX, 267. p. 426. τοῦτο γάρ, τοῦτο XXI, 119. p. 553. δέδοικα — δέδοικα XIX, 96. p. 371. §. 424. p. 410. εἴργετ' οὖν, εἴργετε §. 97. p. 372. οὐ γὰρ ἐνῆν, οὐκ ἐνῆν §. 123. p. 379. ᾔδει γάρ, ᾔδει XXII, 31. p. 602. ἔστι γάρ, ἔστι XVI, 24. p. 208. οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι XVIII, 208. p. 297. οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν §. 24. p. 233. §. 47. p. 241. §. 52. p. 242. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν II, 10. p. 20. IV, 46. p. 53. XIX, 296. p. 436. XXI, 46. p. 529. XXIII, 127. p. 662. — Verborum ἐπειδὰν τί γένηται (ἃ χρὴ πράξετε); sensus est: *quid fieri oportebit (ut quae opus sunt facialis)?* Cf. Plat. Alc. I. 8, b. p. 107.: ὅταν οὖν περὶ τίνος βουλεύωνται (ἀναστήσει αὐτοῖς συμβουλεύσων); Adde ib. 9, a. Buttm. ind. in v. τίς et Matth. §. 630. cuius tamen rem exponendi ratio mihi non plane sufficit. Ego haec ita tradenda puto. Graecis non solum liberas enunciationes, sed etiam aliunde pendentes, i. e. finales, temporales, conditionales et relativas interrogative efferre licet. Relativas hic dico hypotheticae relativas: nam de mere relativis sponte
24 intelligitur. Cf. XVIII, 93. p. 257. XIX, 201. p. 404. XX, 44. p. 470. Eiusdem generis est interrogatio cum participio iuncta, veluti II, 25. p. 25. XXI, 176. p. 371.: τί οὖν ποιήσαντος — κατεχειροτονήσατε τοῦ Εὐάνδρου; quod eodem sensu dici poterat: ἐπεὶ τί ἐποίησε κ. τ. Ε. et cum articulo v. c. Xenoph. Mem. II, 2, 1.: τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν; i. e. οἳ ἂν τί ποιῶσι τὸ ὅ. τ. ἀ.; Interdum tam secundarium quam primarium enunciatum interrogative effertur, ut Plat. Gorg. p. 448, c.: ἐπειδὴ τίνος τέχνης ἐπιστήμων ἐστὶ τίνα ἂν καλοῦντες αὐτὸν ὀρθῶς καλοῖμεν; quod cum participio dici posset: τίνος τ. ἐπιστήμονα ὄντα τίνα ἂν κ. α. ὀ. κ. cuiusmodi loci passim reperiuntur inprimis obliqua interrogatione, ut IV, 36. p. 50. XIX, 63. p. 361. XXI, 175. p. 571. XXIII, 107. p. 656.: τί πεποιηκότος αὐτοῖς Φιλίππου πῶς αὐτῷ χρῶνται; XXI, 143. p. 561.: σκέψασθε τίνων εὐεργεσιῶν ὑπαρχουσῶν καὶ ποίων τινῶν πρὸς τὸν δῆμον πῶς ἐχρήσανθ' ὑμῶν οἱ πρόγονοι (Ἀλκιβιάδῃ). Cuiusmodi loci ad orationis conformationem non differunt a talibus: σκέψασθε ὡς καλὰ καὶ ζηλωτὰ ἐπιγράμματα τῆς πόλεως ἀνελὼν ὡς ἀσεβῆ καὶ δεινὰ ἀντεπιγέγραφεν XXII, 72. p. 615. XXIV, 180. p. 756. de quibus cf. p. 11. Pariter cum priore genere, ubi soli participio interrogandi verbum adiunctum est, huiusmodi locos composueris: ὑπὲρ οἷα πεποιηκότων ἀνθρώπων κινδυνεύσετε διαλογισάμενοι XVIII, 98. p. 259. — Formula νὴ Δία cum Demosthenes hac
25 ratione ubi sibi vel responderi aliquid vel obiici fingit uti soleat

cum ironia quadam (v. c. XIX, 222. p. 410. XX, 161. p. 506. XXI, 41. p. 527. cl. XXIII, 107. p. 656. §. 166. p. 675. XXXIX, 32. p. 1004. XLIV, 50. p. 1095. §. 55. p. 1097. LII, 26. p. 1243.), recte Bekkerus post ἦ interrogandi signum puncto permutavit. Idem eodem iure fecit VIII, 51. p. 102. X, 27. p. 138. XIII, 28. p. 174. (cf. III, 29. p. 36.) XIV, 12. p. 181., ubi Reiskii emendatio non amplectenda erat, XVIII, 101. p. 259. XIX, 272. p. 428. XX, 38. p. 468. (cl. §. 56. p. 473. XIX, 285. p. 432.) §. 58. p. 474. XXIV, 37. p. 711. §. 176. p. 755. §. 202. p. 763. [XXV, 77. 78. p. 793.] XXXV, 48. p. 940. XXXIX, 9. p. 997. XLV, 11. p. 1104. s. XLIX, 64. p. 1203. Debebat etiam XVIII, 117. p. 266. XXI, 89. p. 543. ubi fecit Buttmannus, XXIV, 99. p. 731. §. 125. p. 739. — Μέν particula post ἐγώ, quae non habet quod respondeat, quomodo intelligenda sit notum est. Cf. quos laudavi ad Dionys. p. 35. Sic saepissime Demosthenes. Ut ex una tantum oratione exempla proponam, v. XXI, 35. p. 525. §. 115. p. 552. §. 158. p. 565. §. 197. p. 578. §. 218. p. 584. §. 220. p. 585. — Deinceps Schaeferus cum aliquot codd. omisso γάρ (quod similiter legitur XIV, 13. p. 181. XXIII, 137. p. 665. ubi delevit Bekkerus, XXIV, 130. p. 741. §. 153. p. 747. s. bis LII, 28. p. 1243.) leg. censet μὲν ἡγοῦμαι: sic responsionem melius aequari cum responsione. Ego vero hic non responsionem, sed latentis affir- 26
mationis explicationem accipio. Nam praegressa interrogatio, ut Quinctiliani IX, 2, 7. verbis utar, non sciscitandi gratia assumpta est, sed instandi. Cf. Tiber. 13. (apud quem ἐνέργεια pro ἐνάργεια et contra in Tryphonis loco ibi collato ἐνάργεια pro ἐνέργεια leg. est. Cf. ad Dionys. p. 8.) Similia passim leguntur, veluti XIX, 66. p. 362. §. 69. p. 363. XX, 66. p. 477. — Non magis cum eodem Schaefero πεπραγμένων lectioni πραγμάτων praeferendum puto, quod ex interpretamento ortum videtur. Cf. I, 27. p. 17. VIII, 51. p. 102. — Formulae εἰπέ μοι exempla attulit Bremi. Videlicet orator e multitudine unum aliquem sibi adversarium fingit eadem ratione qua §. 44.: ποῖ δὴ προςορμιούμεθα; ἤρετό τις dixit. Cf. XXIII, 89. p. 650. — Lectionem αὐτῶν bene defendit Bremi. — Mox Bekkerus, ut semper ad delendum pronus est, imitantibus Βεκκεριδίοις quibusdam, voces κατὰ τὴν ἀγοράν duorum codd. auctoritate uncis notavit. Ego vero ne optimis quidem libris ubi quid omittunt obsequendum censeo, nisi rationibus quoque probari potest omissionem non a librariorum negligentia repetendam esse. Nostro autem loco verba κατὰ τὴν ἀγοράν tuetur auctor or. XI, 17. p. 156. nec suspecta fieri puto eo quod Dem. aliis locis (IV, 48. p. 54. VI, 14. p. 69. XIX, 288. p. 434. XXI, 189. p. 578.) ea non adiicit, cum non minus saepe similiter addita legantur, veluti XVIII, 323. p. 332. XIX, 122. p. 378. §. 225. p. 411. XXI, 104. p. 548. Etenim sta- 27
tiones (de quibus cf. interprr. ad Plin. ep. I, 13, 2.) praecipue in

foro erant. — Mox pro γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον; Schaeferus praefert quod non pauci libri habent τί δ' ἄν γ. κ.; cl. p. 157, 2. Sed prior est difficilior lectio, tum propter interrogandi pronominis defectum, tum propter γάρ particulam, quam quis est qui a librariis interpretibusve profectam esse credat? Ex personati Demosthenis loco nihil colligi debebat. — Quod mox dicit Μακεδὼν ἀνήρ, id quanto contemptu pronuntiaverit inprimis docet IX, 31. p. 119. Cf. Weisk. de hyperb. I. p. 17. s. Quod ibi negat, Macedonum reges Graecos esse, magno consensu testantur Herod. V, 22. VIII, 137. s. IX, 45. Thuc. II, 99. V, 80. Pausan. IX, 40, 4. Liv. XXXVII, 30. Iustin. VII, 3. Cf. Müller. Aeginett. p. 55.

Hic gradum sistere coactus rogo lectores, ut, si quid minus eis probetur, condonent iusta Demosthenis editione compensare conaturo.

Apparat. T. II. p. 364. not. ad p. 322, 10. De hoc loco nuper Car. Foertschius Commentat. Crit. de locc. nonnull. Lysiae et Demosthenis p. 52. s. „Ego — existimo," inquit „auctorem huius epigrammatis sic dicere apud se constituisse: μαρνάμενοι Ἀΐδην ἔθεντο κοινὸν βράβην (vel potius βραβῆ) ἀρετῆς καὶ λήματος i. e. *pugnantes Plutonem sibi constituerunt communem fortitudinis et audentiae iudicem.* Sed postquam verba maximi momenti ἀρετῆς καὶ λήματος posuit: non illico, quae sequi debent Ἀΐδ. — βραβῆ, profert; verum facit his oppositionem haud ineptam, dicens: οὐκ ἐσάωσαν ψυχάς, ἀλλ' i. e. *non vitae servandae operam dederunt, sed* — —. Itaque sic verba distinguere possis: μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ λήματος — οὐκ ἐσάωσαν ψυχάς, ἀλλ' — Ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆ." Haec loci impeditissimi explicatio ab ipso parente iure dicitur *nova:* augurorque nunquam fore ut gratia novitatis ei deflorescat. Quam silentio transiissem, nisi placuisset nonnulla addere de sensu duorum locorum, quibus Foertschius, dum alios credulus incaute sequitur, ad colorem quaerendum commento mirabili mirabiliter abusus est. Theocritus XIII. 21. ss.:

σὺν δ' αὐτῷ κατέβαινεν Ὕλας εὔεδρον ἐς Ἀργώ,
ἅτις Κυανεᾶν οὐχ ἅψατο συνδρομάδων ναῦς,
ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν,
αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα, — — — —.

Iacobsius praefat. ad Bion. et Mosch. p. XXI.: „— verba μέγα λαῖτμα de Phaside, ad magni maris similitudinem in pontum erumpente, dici posse non praefracte negaverim." Quin haec interpretatio unice vera est: nam arctissime iungi oportet οὐχ ἅψατο, ἀλλὰ διεξάϊξε. Bene Interpres: *Cyaneas non*

attigit, sed perrupit. Conf. Euripid. Med. in. Epigramma Anthol. Palat. T. I. p. 339.:

> ἄρσενα γὰρ λόγον εὗρες, ἐνηθλήσω δὲ προνοίᾳ,
> αἵρεσιν ἀτρέστου μητέρ' ἐλευθερίης.

αἵρεσιν — ἐλευθερίης apposita sunt antecedentibus. Verte: *quae philosophandi ratio* (scilicet τὸ εὑρίσκειν ἄρσενα λόγον καὶ τὸ ἐναθλεῖσθαι προνοίᾳ) *est mater libertatis metuere nesciae.* V. Matthiae Grammat. Gr. §. 432. p. 803. s. edit. sec. Revertor ad Oratorem. Genitivi ἀρετῆς καὶ λήματος vide ne seorsum sint capiendi ut significantes θαυμασμόν. Quae ratio si vera est, sic dirime verba:

> μαρνάμενοι δ' — ἀρετῆς καὶ λήματος — οὐκ ἐσάωσαν
> ψυχάς, ἀλλ' Ἀΐδην κ. τ. λ.

Non ignotus hic usus genitivi absolute positi: neque necesse est ut interiectio comes ei addatur. Theocritus XV. 75. χρηστῶ κοἰκτίρμονος ἀνδρός. Sin parum fidas Valckenariano λήματος, (neque ego multum fido,) per me licet scribas: ἀρετῆς ἃ [s. ὢ] δείγματος. Nam copula unde nasci potuerit vix attinet monere. — Haec scripta erant, cum meus me Dindorfius inspicere iussit Welckeri Theognidea p. 105.: unde excerpta hic posui quae nosse lectorum intersit. Sic igitur vir doctissimus: „Idem vir cl. [Frid. Graefius loco mox citando] emendat μαρνάμενοι [δ'] ἀρετῆς κατὰ δείματος, *sua quisque virtute pugnantes contra communem terrorem*, atque huiusmodi lectionem Melanchthonem etiam et Grotium in animo habuisse suspicatur." Vellem memoratum exemplum phrasis μάρνασθαι ἀρεταῖς, qua Graecos non puto usos esse. V. not. in altera editione Gottingensi.

Ibid. p. 365. not. ad p. 322, 17. Welckerus l. c.: „Verissima videtur F. Graefii emendatio in Actis Academ. Petropol. Vol. 8. 1822. p. 662.:

> ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις·
> μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν
> ἐν βιοτῇ· Μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν, μερόπων.

ut Iliad. VII. 288. Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν." Viro egregio haud dubitanter assentirer, nisi negativa οὔτι, quae nequit referri nisi ad infinitivum φυγεῖν, male me haberet. Scilicet ut dicitur θεῶν ἐστι μηδὲν ἁμαρτεῖν, sic graecae proprietas syntaxis dici iubet ἀνθρώπων ἐστὶ μὴ φυγεῖν τὴν εἱμαρμένην.

Ibid. p. 561. not. ad p. 385, 25. Reiskius Dindorfio videtur scripsisse: *sine infitiatione.* Vere.

Ibid. p. 720. not. ad p. 435, 27. Desiderativum στρατηγιᾷν etiam alibi latet vitiatum. Velut in Plutarchi V. Aemil. Paul.

c. 10. in. nemo monitus scribere dubitabit: τὰς τῶν στρατηγιώντων χάριτας καὶ παραγγελίας ἐάσαντας. Utitur Plutarchus hoc verbo etiam V. Eumen. c. 14. in.

Apparat. T. III. p. 340. v. 18. scrib. *vigilantes*.

Apparat. T. IV. p. 272. not. ad p. 753, 2. Notabile huius constructionis exemplum dat Plutarchus V. Eumen. extr.: ὅπως μηδεὶς αὐτῶν εἰς Μακεδονίαν ἄπεισι μηδ' ὄψεται τὴν Ἑλληνικὴν θάλατταν.

Ibid. p. 603. not. extr. ad p. 953, 17. Philostrati loco dudum usus est Wesselingius ad Diodor. Sicul. XVI. 55. in., ubi de his ludis disputat. Batavi notam indicavit mihi Lipsiensis editor Diodori. V. etiam Clintoni Fast. Hellen. ad a. 347.

